De pentametro inscriptionum Latinarum.

Inaugural-Dissertation
zur
Erlangung der Doktorwürde
genehmigt
von der Philosophischen Fakultät
der
Rheinischen Friedrich-Wilhelms-Universität
zu Bonn.

Von
Peter Kessel
aus **Krefeld.**

Promoviert am 11. März 1908.

TRIER
Trierer Druckerei-Gesellschaft G. m. b. H.
1908.

Berichterstatter:

Professor Dr. BUECHELER.

PARENTIBUS · OPTIMIS

SPONSAE · CARISSIMAE

D · D · D

Ennius, poeta Romanorum clarissimus, „*qui primus amoeno detulit ex Helicone perenni fronde coronam, per gentis Italas hominum quae clara clueret,*“ populum Romanum non solum hexametro, verum etiam pentametro donavit. Sed Enni exemplum, quia Enniorum numerus erat exiguus, non multos secutos esse facile intellegitur.

Temporum, quae Enni aetatem secuta sunt, pauca fragmenta apud Varronem, Ciceronem, imprimis apud Gellium exstant. Primus post Ennium in carminibus amplioribus pentametro usus est **Catullus.** Huius poetae pentametri, id quod mirum esse non potest, duri aliquid et asperi habent; versus enim excolendus et expoliendus erat. Quam rem Catullus ipse quidem praematura morte impeditus non perfecit, sed qui post eius tempora fuere iuvenes artibus bonis eruditi et qui versuum elegantiam augere studerent, etiam ut pentametri duritiam et asperitatem deminuerent, operam dabant.

In his primo loco nominandi sunt **Tibullus** et **Propertius.** Tibullus elisionem rarissime admittit; Propertius vel in primo libro plane a Catullo dissentit. Ab hoc primo usque ad quartum librum in disticho excolendo magis magisque progreditur, ita ut quarti libri disticha magna cum elegantia composita sint.

Ad summam autem elegantiam pervenit **Ovidius,** cuius versus mira facilitate currunt. Praecepta, quae ad bonos pentametros fingendos Ovidius observavit, poeta mortuo non periere, sed quicumque sive primis post Chr. n. sive nostris temporibus bonos pentametros facere studuit, oculos convertit in Ovidium, huius versus summum artificem. Neque tamen omnes statim Ovidios factos esse credendum est, multi Catulli vestigiis institerunt, et quo minus quis erat eruditus, eo longius ab Ovidio aberat, id quod praecipue dici potest de iis, qui semel vel bis in vita sua nulla alia re impulsi nisi ut pietatem in parentes vel liberos praestarent, versus faciebant.

Hos versus vel potius **pentametros inscriptionum Latinarum** in hac dissertatione cum poetarum elegantia comparare volo; omnem materiam in hunc modum dispono.

I. De pentametrorum clausulis;
II. De ratione, quae est in priore hemistichio dactylorum et spondeorum;
III. De alterius hemistichii syllaba finali;
IV. De prioris hemistichii syllaba finali;
V. De ratione inter clausulas prioris et alterius hemistichii intercedente;
VI. De prioris hemistichii elisione;
VII. De alterius hemistichii elisione;
VIII. De prioris hemistichii syllaba finali brevi;
IX. De hiatu, qui est inter prius et alterum hemistichium;
X. Varia;
XI. Appendix.

I. De clausulis.

In his ipsis clausulis poetae Romanorum optimi summum studium collocaverunt, unus ante omnes **Ovidius,** hic pentametri componendi egregius magister. Nec tamen a multiplici clausularum genere Ovidiani pentametri elegantia proficiscitur; omnes enim fere clausulae bisyllabae sunt. Quare clausulas e pluribus quam duabus syllabis compositas enumerare satis habeo.[1])

1. Clausulae trisyllabae.

[Generis Her. 14,16]; [Pont. I 1,66 faciet]; scelus est 6,26; liceat 8,40; Pont. III 6,46 videor; recitant 5,40; Pont. IV 9,26 legeret.

2. Clausulae quadrisyllabae.

Her. 18,202 deseruit;

Fast. V 582 fluminibus; Fast. VI 660 funeribus;

Trist. I 3,6 Ausoniae; Italia 4,20; Cyaneas 10,34. Trist II 232 imperii; 416 historiae; Trist. III 5,40 exsequiae; barbariae 9,2; barbarie 10,4; Trist. IV 10,2 posteritas; Trist. V 6,30 obsequium.

Pont. II 2,6 perlegere; imperium 2,68; articulis 3,18; ingenium 5,25; Dalmatiae 2,72; Alcinoi 9,42 — Pont. III 1,166 aspiciant — Pont. IV 6,44, 15,26 auxilium; ingeniis 13,46, 14,18; officio 5,24; utilitas 9,58; imperii 12,28; alterius 6,6; invenies 14,4; imposuit 14,56; Alcinoo 2,10; Anticyra 3,54; Oechalia 8,62; Danuvium 9,80.

3. Clausulae pentasyllabae.

Her. 15,288 pudicitiae; superciliis 16,16.

Trist. II 212 adulterii; adulteriumst 430; adulteria 514; Erichthonium 292; Trist. IV 5,24 amicitiae.

Pont. I 2,68 patrocinium; Erichthonius II 9,20; amicitia IV 3,12 amicitiae 13,44.

Ex iis, quae attuli, quomodo clausulae e plurium syllabarum voce compositae paulatim in Ovidi pentametros se insinuaverint, elucet. In Amoribus et in Arte nullum exstat exemplum. Heroides quattuor exempla habent: verbum trisyllabum incertum, duo pentasyllaba, unum quadrisyllabum. Sed in hanc ipsam rem diligentius inquirendum est, num recte huius libri clausulas Ovidio ascribere liceat, praesertim cum

[1]) Ovidius: ed. Ehwald-Merkel, Lipsiae 1908.

de nonnullis epistulis dissentiant eruditi. Fastorum libri quattuor nullum exemplum habent, in libro quinto et sexto duo exempla quadrisyllaba sunt. Aliter se habet res in Tristibus et in epistulis ex Ponto missis. Ipse poeta animo et corpore fractus saepius et ingenium suum languescere et scriptis suis ultimam limam deesse queritur. Haec verba non inania esse epistulae ex Ponto satis docent.

Pontica quidem clausulae trisyllabae exemplum non habent, sed crescit numerus quadrisyllabarum. Maxime ab Amoribus et ab Arte dissentiunt epistulae ex Ponto. Trisyllabae tres sunt, quadrisyllabae quattuordecim.

Ovidium clausulas e plurium syllabarum voce compositas vitasse manifestum est, praecipue clausulas trisyllabas non admittit; quaeritur, cur hoc fecerit. Hic poeta, qui tanta versuum fingendorum facilitate erat, nihil antiquius habuit, quam ut versus leniter et celeriter currens ad finem perveniret. Atque profecto pentametros verbo bisyllabo terminatos celerius legas quam versus in vocem trisyllabam exeuntes. Caesura enim, quae clausulam trisyllabam antecedit, versum currentem moratur.

Jam progrediar ad **carmina epigraphica,** ut, quomodo ab Ovidi arte recedant, ostendam.

1. Carmina **antiquissima** in Anthologia Latina[1]) inter numeros 958–965; continent disticha 21.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
7	7	7

Ratio haec est 7: 14 vel $^1/_3:{}^2/_3$; quantopere ab Ovidio abhorreat supervacaneum est dicere. Quin etiam Catullus paulo elegantior est; apud eum minus duae quintae sunt bisyllabae, plus tres quintae plurium syllabarum voce terminantur. Haec disticha et praecipue ea, in quibus plurium syllabarum clausulae superant, ab hominibus indoctis perfecta esse stultum est credere. Minus sunt hae clausulae elegantes, quia sunt antiquae. Unum carmen 963 certe ab homine erudito confici non poterat; de quo carmine singulari alio loco verba faciam.

2. Carmina **Pompeiana** (926–957, 1491).
Disticha numero sunt 35.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
27	5	3

Ratio: 27:8 (circiter $^3/_4:{}^1/_4$).

---

[1]) Carmina Latina epigraphica, ed. Buecheler. Lipsiae MDCCCLXXXXV.

Quaeritur, quibus in carminibus clausulae trisyllabae insint. Quattuor in carminibus antiquis leguntur (in carminibus 934, 935), quod restat exemplum, (942) ante clausulam monosyllabum habet. Jure mirandum esse existimo clausulas horum distichorum tam bonas esse, praesertim cum mihi eos, qui talia conscribebant, non eruditissimos fuisse persuasum sit. Sed res bene explicatur, si hos versiculos vel eorum exempla fructus esse iudices ex poetis lectis perceptos. Certe hi versus etiam Pompeis poetarum leges observari ostendunt.

3. Carmina **primi saeculi** usque **in tempora Traiani,** fortasse ab 965—1166.

Distichorum numerus est 565.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.	pentasyll.
383	108_{59} [1]	68	6

Ratio: 383 : 182, circiter $^2/_3$ (quod esset $376^2/_3$) : $^1/_3$ (quod esset $188^1/_3$). Properti primi libri revocat memoriam, apud quem haec ratio est $^3/_5 : ^2/_5$.

De quadrisyllabis. Nomina propria: Persephone 1128,6, 1161,4; Elysios 1165,4, Hiluricum 1117,6.

De trisyllabis. Nomina propria: Spurio 973,8, Erebi 1165,2, Maezeis 1147,2.

Clausulae illae monosyllabae *sita sum* 974, *deus sum* 975, trisyllabis adnumeratae sunt, quia illud „sum" arte cum substantivo cohaeret.

Primo saeculo clausulae trisyllabae, quamquam rarius, etiam in carminibus melioribus occurrunt. Carmina omnia in elegantissima, meliora, deteriora dividere liceat. In carminibus elegantissimis nullum fere exemplum exstat, verbi gratia 1033, 1061, 1066, 1067, 1075, 1106, 1110, 1111· 1112, 1127.

In carminibus melioribus (si ea meliora iudicas, in quibus neque vitia metrica neque apices falso positi occurrunt) clausulas trisyllabas fortasse semel et quadragies invenias, saepius ergo (66ies) clausulae trisyllabae in carminibus deterioribus insunt.

Hoc loco, quae e **Petronio** [2]) collegi, adiungam:

a) Carmina, quae in Saturarum contextu sunt, disticha habent 28

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
25	2_2	1
		arbitrio 137,9.

Trisyllaba primum antecedit monosyllabum, deinde nomina propria sunt: Danaen, Labeo 137,9.

[1]) Nota in tabula numero subscripta significo, quoties clausulam monosyllabum antecedat.

[2]) Petronii Saturae, ed. Buecheler, Berolini 1904.

b) Carmina Petronio ascripta pentametros habent 40.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
33	1	6

Si solum clausulas spectas, haec carmina ab illis non abhorrent et Petroni esse possunt.

Carmina, quae supra inserui, cum carminibus epigraphicis comparata Petronium poetas carminum elegantissimorum adaequare docent; prope ad Ovidi elegantiam accedit.

4. Carmina epigraphica **alterius** p. Chr. n. saeculi (fortasse 1166—1233, e fragmentis, e primo carm. epigr. libro)

Distichorum numerus est 296

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.	pentasyll.	monosyll.
224	43_{20}	35	2	1

Ratio: 214 : 81 vel circiter $^3/_4 : ^1/_4$ (diligentius 222 : 74). Paulo ratio mutata et in melius versa est; primi saeculi ratio est $^2/_3 : ^1/_3$.

Monosyllabum est:

Et poteras ambos Italiae dare tu. 1187,8.

De trisyllabis. Nomina propria:

Bromius 1187,7; Rhodanus 1191,2; Belenus 879,2; Asia 884,1.

De quadrisyllabis. Nomina propria:

Nicopolis 1184,5, 18; Metrobie 1189,2; Elysium 1189,16; Elisiis 1200,6; Germisarae 864,4; Memnonia 880,3; Alcinoi 886.

Plus quam dimidia trisyllabarum pars (23) melioribus in carminibus occurrit. Res igitur cum primo saeculo comparata paulum mutata est. Illic clausulae trisyllabae in deterioribus, hic in melioribus superant. Poetae sive versificatores non timide verba e tribus syllabis composita vitabant, id quod **Apulei**[1]) pentametris collatis firmabitur

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
—	7_2	2

Haud scio an talis ratio apud nullum, qui pentametros fecit, occurrat.

5. Carmina **tertii** p. Chr. n. saeculi (1234—1343).

Distichorum numerus est 311

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.	pentasyll.
191	70_{33}	46	4

Ratio 191 : 120. Multo plus quam tertia pars ($103^2/_3$: 120) clausulas e plurium syllabarum voce constantes habet, minus quam duae tertiae sunt bisyllabae (191 : $207^1/_3$). Pentametrorum ergo elegantia pro saeculo praecedente non aucta est.

---

[1]) Apuleius, ed. van der Vliet; Apol. p. 14, 15.

De quadrisyllabis. Nomina propria:
Elysiis 1233,12; 1326,2; 1311,6; Hesperia 1243,4; Danuvii 1264,2; Hardalio 1289,2; Helionem 1311,4; Hesperiae 1309,2; Catillio 1334,2; Aonia 1300,6; Astomachi 1355,10; Perpetuus 869,2; Gallonius 874,2; Onuavae 871,2; Appiadum 888,2.

De trisyllabis. Nomina propria:
Satyrum 1233,18; Cicero 1251,4; Asia 1255,2; Pylio 1275,2.

Etiam hoc saeculo nonnulla carmina ad Ovidi elegantiam accedunt ut 1273, 1279, 1307, 1335, 1336, 1337.

Clausulae trisyllabae ut supra in carminibus melioribus occurrunt, certe 40ies, sed 20ies monosyllabum antecedit.

Ex carminibus, quae huius aetatis sunt, **carmen** illud de **ave Phoenice**[1]) eligo, non curans, num vere **Lactanti** sit.

Disticha habet 85.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
77	4_4	4

Id considera, trisyllaba semper monosyllabum antecedere. Ratio: $^9/_{10}:{}^1/_{10}$ circiter. Huius carminis poetam cum inscriptionum carminibus, etiam melioribus, discrepare perspicuum est.

6. Carmina epigraphica **quarti** usque ad **septimum saeculum.**

Distichorum numerus est 55.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
37	10_6	8

Ratio: 37:18, circiter $^2/_3:{}^1/_3$ ut apud Propertium in libro primo.

De quadrisyllabis. Nomen proprium:
Anthemio 897.

De trisyllabis. Nomina propria:
Ligures 893,2 — Bromio 894,3.

Ex his clausulis octo in melioribus, duae in carminibus deterioribus leguntur.

7. Disticha e **fragmentis collecta** et quorum **tempora incerta** sint, (1449—1503, omissa sunt 1464, 1476, 1534, 1542, alia; adnumerata sunt ea disticha, quorum prior pars periit)

Distichorum numerus est 110.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
74	16_9	20.

Ratio: 74:36, circiter $^2/_3:{}^1/_3$, etiam hac in parte eadem quae in primo Properti libro est.

---

[1]) Carmen de Phoenice: Baehrens PLM. 3,253.

De quadrisyllabis. Nomina propria:
Elysiis 1465, Eurialus 1848,6.

Ad horum temporum disticha cum aliquo poeta comparanda **Aviani** [1]) in fabulas inquisivi. Sed mirere, si quae huius poetae clausularum rationes sint, compereris.

Toti libello ne unum quidem verbum, quod pentametrum claudat, pluribus e syllabis constans inest; omnes clausulae, quarum numerus est 317, bisyllabae sunt, ita ut Avianus cum Ovidio eiusque Amoribus et Arte possit comparari.

Non eadem in pentametro componendo diligentia **Ausonius** [2]) utitur.

Pentametrorum numerus est 985.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.	pentasyll.	hexasyll.	heptasyll.
544	216_{94}	200	23	1	1

Verbum septem e syllabis constans est: *innumerabilibus* 15, 9, 8.

Minus quam tres quintae (544:591) sunt bisyllabae; plus quam tertia pars est quadrisyllaba vel pentasyllaba (223:197); idem de trisyllabis dici potest. Vides, quam longe ab Ovidio hic poeta absit, quam prope ad Catullum accedat.

8. Carmina epigraphica **Christiana** (902 921, 1344—1448, fragm.)

Distichorum numerus est 603.

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.	pentasyll.
485	59_{25}	54	5 .

Ratio: 485:118 vel circiter $^4/_5 : ^1/_5$. Haec ratio adhuc in clausulis Inscriptionum non occurrit.

Mihi credere non absurdum videtur eam subesse causam, ut haec carmina sepulcralia, quomodo apud nos schedae quae dicuntur Totenzettel, saepius ab hominibus eruditis ut a sacerdotibus composita sint.

De quadrisyllabis. Nomina propria:
Eusebia 1359,10 — 1387,2 Nicetius — Ambrosius 1421,2 — Daedalia 1434 — Ithacii 1397,2 — Eusebius 1225 B, 12.

De trisyllabis. Quaeritur, quibus in carminibus plerumque legantur. Carmina multa elegantissima dici possunt; nulla inest clausula trisyllaba. Alia, quamquam optima, clausulas trisyllabas habent; alia omnem syllabarum quantitatem exuere, nihilominus omnes clausulae sunt bisyllabae. Quomodo hoc

---

[1]) Avianus: ed. Baehrens, PLM. 5,33.

[2]) Ausonius: ed. Schenkl, Berol. 1883.

explicetur, quaeritur. Guilelmus Meyer[1]) nos docet bonos duodecimi et tertii decimi saeculi poetas regulas, quae ad finem pentametri et hexametri pertinent, observasse. De hexametro Eberhardi Bethuni praescriptum affert:

Hexametri numquam vel raro quam parit una
Syllaba vel quina dictio finis erit.

Fortasse hic ipse hanc regulam invenit, quod laude dignum est; fortasse, quod mihi veri similius est, praeceptum eius antiqua e memoria sumptum est. Simili modo metrici veteres de pentametro videntur praecepisse, ut verbo bisyllabo terminaretur. Poetarum alii hoc praeceptum tenuere, alii neglexere. Ex iis, qui neglexerunt, Ausonium attuli; etiam alium poetam, cuius carmina comparare volo, in clausulis constituendis non adeo diligentem fuisse, quae secuntur, demonstrabunt.

Orientii[2]) liber prior disticha habet 309

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.	pentasyll.
176	81_{80}	49	3

Ratio 176 : 133. Plus quam duae quintae (133 : $123^{3}/_{5}$) plurium syllabarum verbo terminatae sunt, minus tres quintae (176 : $185^{2}/_{5}$) bisyllabae sunt; eadem igitur quae apud Ausonium ratio.

Liber alter disticha habet 208

bisyll.	trisyll.	quadrisyll.
125	53_{14}	30

Ratio 125 : 83 (circiter $^{3}/_{5}$: $^{2}/_{5}$). Liber alter ergo paulo melior est quam prior.

[1]) Guilelmus Meyer: Zur Geschichte d. griech. u. lat. Hex. Sitzungsb. d. k. b. Akad. d. W. 1884. p. 1044.

[2]) Orientius: corp. scr. eccles. lat. vol. 16

II. De ratione, quae est in priore hemistichio dactylorum et spondeorum.

Initium capio ab **Ovidio**, ut, quae apud eum horum pedum ratio sit, cognoscatur. Tabula optime res ut sint demonstrabit.

	Num. dist.	D.	D.Sp.	Sp.D.	Sp.	Rationes:	
Am. I	388	101	216	40	31	317 : 71 = $^4/_5 : ^1/_5$	circiter
Her. 6 ep.	453	150	232	47	24	382 : 71 = $^5/_6 : ^1/_6$	„
Ars I	385	139	178	41	27	317 : 68 = $^5/_6 : ^1/_6$	„
II	373	114	195	32	32	309 : 64 = $^5/_6 : ^1/_6$	„
III	406	107	221	34	44	328 : 78 = $^4/_5 : ^1/_5$	„
Fast. I	362	101	186	42	33	287 : 75 = $^4/_5 : ^1/_5$	„
Trist. I	369	115	163	46	45	278 : 91 = $^3/_4 : ^1/_4$	„
Pont. I	384	92	200	41	51	292 : 92 = $^3/_4 : ^1/_4$	„

Ex hac tabula formis dactylicis apud Ovidium formas spondiacas longe superari manifestum est. Etiam viam, quam ab Amoribus usque ad epistulas ex Ponto inierit poeta, cognoscere licet.

Saepius accidit, ut **duo hemistichia** sive **spondiaca** sive **spondeo-dactylica alterum alterum excipiant.** Nonnulla exempla afferam.

a) exempla **spondeo-dactylica.**
In Her. 1, 10, 12; 2, 72, 74; 3, 16, 18; 4, 42, 44. In Arte I 26, 28; I 128, 130;

b) exempla **spondiaca.**
In Her. 5,26, 28. In Arte I 328, 330; 696, 698; 712, 714; II 362, 364; 718, 720.

De spondeis haec habeo, quae adiungam. In priore hemistichio **verba spondiaca trifariam** (vel fortasse crebrius) **distribui possunt:** ut 1) „*detrectant prensi*“, „*et vidi nullo*“; quam formam nomino A. 2) „*stravit deprensos*“, forma B 3) „*odi, cum late*“, forma C.

Apud Ovidium harum formarum rationes hae sunt:

	Her. 6 ep.	Ars I.	Ars II.	Ars III.	Fast. I	Trist. I	Pont. I
A	17	17	25	36	24	32	28
B	6	5	5	3	7	9	12
C	1	5	2	5	2	4	11
Spond. num.	24	27	32	44	33	45	51

Ex hac tabula Ovidium formis B et C multo rarius usum esse cognoscere licet; utraque forma in primo epistularum ex Ponto libro crevit.

His praemissis **carmina epigraphica** aggredior.

1) Carmina **antiquissima** (958—965, sed carmen 963, quia a ceteris huius aetatis carminibus abhorret, omissum est.)

Distichorum numerus est 16.

D.	D. Sp.	Sp. D	Sp.
4	6	2	4

Ratio: 10 : 6 = $^2/_3 : ^1/_3$ circiter.

De spondeis: Semper habes formam C. Haec disticha ut ab Ovidio recedunt, sic etiam a Catullo dissentiunt; multo meliora sunt; apud Catullum enim formae spondiacae formas dactylicas superant.

2) Carmina **Pompeiana.**

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.
5	13	4	12

Ratio: 18 : 16. Altera fere pars bona, altera mala est.

De **spondeis.** a) Semel se excipiunt 934, 2, 4; b) Forma A legitur quinquies, B ter, C quater, neque haec ratio Ovidio respondet.

3) Carmina **primi** p. Chr. n. **saeculi** usque in **tempora Traiani** 965—1165.

In prima parte, quae de clausulis est, primi saeculi disticha 565 esse dixi, cum hoc loco eorum numerum 548 esse dicam. Neu quis me errasse putet, differentiae numerorum ita oriuntur, ut nonnullis in distichis prius hemistichium perierit ut 1044, 1, 1087. In aliis prius hemistichium exstat quidem, sed modum solitum transit, ut omittere praestet.

In numero distichorum 548 ratio haec est:

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	
121	191	99	137	A 93, B 21, C 19.

Ratio: 312 : 236 = $^7/_{12} : ^5/_{12}$ circiter.

Quod discrimen inter haec et Ovidi carmina intercedat, perspicuum est; hic $^{10}/_{12} : ^2/_{12}$, illic $^7/_{12} : ^5/_{12}$.

Nota. „ut testamento" 1010,2
„more incorrupto" 1012,2
„morte immatura" 1015,2
„aut insperanti" 1034,6

Ut apud Ovidium, sic etiam in carminibus epigraphicis accidit, ut duo pentametri spondiaci vel spondeo-dactylici alter alterum sequantur.

a) exempla **spondiaca.** 970, 8, 10; 990, 2, 4, 6, 8; 995 B, 16, 18; 1004, 2, 4; 1005, 12, 14; 1014, 4, 6; al.

b) exempla **spondeo-dactylica.** 978, 2, 4; 984, 4, 6; 1041, 2, 4; 1037, 6, 8; 1061, 2, 4; al.

Hoc loco **Petroni** carmina inseram.

Petronius disticha habet

a) in ipso Saturarum libro 28.

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.
6	11	5	6

Ratio: 17 : 11 = $^5/_9 : ^4/_9$ ($15^5/_9 : 12^4/_9$).

b) in carminibus ei attributis 40.

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.
8	15	7	10

Ratio: 23 : 17 = $^5/_9 : ^4/_9$ ($22^2/_9 : 17^7/_9$).

Rationes fere eaedem sunt, et in hac re illa carmina Petronio iure tribui possunt.

4) Carmina epigraphica **alterius** p. Chr. n. **saeculi** 1166—1233.

Distichorum numerus est 284.

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	
61	111	55	57	A 28 B 17 C 12

Ratio: 172 : 112 = $^7/_{12} : ^5/_{12}$ ($168^7/_{12} : 120^5/_{12}$). Ratio eadem quae primo saeculo.

Considera spondeorum et spondeorum-dactylorum numerum, qui dactylos-spondeos paene adaequant.

Spondei se excipiunt: 1175, 8, 10, 12; 1178, 37, 39; 1196, 2, 4; 864, 2, 4; al.

Spondei-dactyli: 1170, 10, 12, 14; 1171, 4, 6; 1225, 8, 10; al.

Carmina **deteriora** a **melioribus** separare conatus sum, ut, quomodo singuli pedes in utrisque se haberent, cognoscerem.

	D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	rationes:
num. ped.	61	111	55	57	
mel.	39	78	35	35	170 : 70 = $^3/_5 : ^2/_5$
deter.	22	33	20	22	55 : 42 = $^3/_5 : ^2/_5$

Ex hac tabula haudquaquam spondeos-dactylos et spondeos solis carminibus deterioribus et dactylos et dactylos-spondeos potius carminibus melioribus tribuendos esse elucet. Id dici potest quattuor hos pedes pari fere numero et in carminibus melioribus et deterioribus inesse.

In paucis **Apulei** versibus haec pedum ratio est:

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	ratio:
3	3	2	1	6 : 3

5. Carmina epigraphica **tertii** saeculi usque ad **quarti initia** 1233—1343.

Distichorum numerus est 293.

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	
80	85	61	67	A 41 B 13 C 13

Ratio: 165 : 128 = $^7/_{12} : ^5/_{12}$ ($170^{11}/_{12} : 122^1/_{12}$); eadem atque supra ratio.

Spondei inter se secuntur: 1238, 4, 6; 1258, 2, 4; 1301, 2, 4, 6; 1306, 2, 4.

Spondei-dactyli: 873, 2, 4; 1267, 2, 3; 1331, 5, 6; 1336, 2, 4; al.

Ratio inter carmina meliora et deteriora haec fere est:

	D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	
ped num.	80	85	61	67	
mel.	53	53	37	36	106 : 73 = $^3/_5 : ^2/_5$
deter.	27	32	24	31	59 : 55

Negari non potest, quin discriminis quicquam inter meliora carmina et deteriora intercedat. Meliora cum primi saeculi carminibus comparari possunt, deteriora ad Pompeiana accedunt.

Apud **Lactantium** vel potius carminis **de Phoenice** poetam res ita se habet:

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	
11	29	24	21	A 11 B 5 C 4

Ratio: 40 : 45. Hanc rationem singularem esse facile apparet; Catulli memoriam revocat. Sed fortasse, si plures huius aetatis poetas haberemus, haec ratio saepius nobis occurreret Apud Rassium et Luc. Muellerum legisse me memini etiam a Rutilio Namatiano et a Maximiano spondeos crebro adhibitos esse.

6) Carmina **quarti** usque ad **septimum** saeculum ex Anthologia collecta.

Distichorum numerus est 54.

	D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	rationes:
	12	20	12	10, A 7, B 3	32 : 22
mel.	9	14	9	9	23 : 18
deter.	5	6	3	1	9 : 4

In carminibus deterioribus pedum ratio melior est quam in melioribus. Haec enim est: 9 : 4 = $^2/_3 : ^1/_3$ ($8^2/_3 : 4^1/_3$), spondei et spondei-dactyli tertiam partem non attingunt, cum in melioribus carminibus tertiam partem ($13^2/_3$: 18) superent.

7) Carmina **incertae aetatis** ex fragmentis collecta.
Distichorum numerus est 91.

D.	D. St.	Sp. D.	Sp.	
25	26	12	18	A 9 B 6 C 3.

Ratio: 61 : 30 = $^2/_3$: $^1/_3$; ut apud Apuleium.

Similes numeri, ita ut formae dactylicae formas spondiacas altero tanto superent, in carminibus epigraphicis non inveniuntur.

8. Carmina **Christiana.**
Distichorum numerus est 592.

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	
158	191	142	101	A 73 B 14 C 14

Ratio: 349 : 242 = $^3/_5$: $^2/_5$ circiter.

Etiam in Christianis carminibus saepe accidit, ut hemistichia priora et spondiaca et spondeo-dactylica se excipiant. Hoc solum accedit, quod hic hemistichia ita repetita pro numero distichorum crebriora sunt. Hemistichia spondiaca inter se secuntur 14ies, atque in eo numero bis terna hemistichia. Spondeos-dactylos se excipere vides 26ies, semel quaterna hemistichia 1403, 16 - 22.

Restat, ut **Orientii** libros adiungam.

a) Liber prior disticha habet 308.

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	
61	112	68	67	A 40 B 13 C 14

Ratio: 173 : 135 = $^5/_9$: $^4/_9$ circiter.

b) Liber alter disticha habet 208.

D.	D. Sp.	Sp. D.	Sp.	
30.	69	43	66	A 42 B 14 C 10

Ratio: 99 : 109. Eandem rationem apud Lactantium inter singulos pedes intercedere cognovimus. Praeterea aliud dignum est quod commemorem. Numeris prioris et alterius libri comparatis apparet, quantum idem poeta in eodem opere a via, quam iniit, recesserit. Rem similem apud Ovidium videre licuit, apud quem pedum ratio in Amoribus cum ea, quae est in epistulis ex Ponto, non consentit. Amores Ovidi sunt, etiam epistulae ex Ponto huius poetae manebunt. Fac opus aliquod exstare, de quo viri docti, utrum Ovidi sit necne, dubitent. Si pedum differentiae tam parvae sunt qnam eae, quae inter Amores et illas epistulas sunt, nihil est, cur Ovidio abiudicetur. Abiudicandum est, si rationes plane mutatae sunt ut apud Lactantium et Orientium.

III. De alterius hemistichii syllaba finali.

Ovidi librorum, in quos inquisivi, rationes hae sunt:

	Ars I	Am. I	Her. 6 ep.	Fast. I	Trist. I	Pont. I
Dist. num.	385	388	453	362	369	383
1) syll. longae	189	203	243	176	216	205
2) vocalis brevis	4	7	9	2	6	9
3) syll. posit. long.	192	178	201	184	146	169
a) in unam conson. exeunt.	170	154	167	166	123	142
α) in s, r, n, l.	43	50	56	51	44	56
β) in m	30	37	29	30	30	24
γ) Verba	52	37	47	46	23	48
δ) Verb. subst.	45	30	35	39	26	12
b) in duas conson. exeunt.	22	24	34	18	23	29
α) in nt	11	17	18	11	12	15
β) in st	11	7	14	3	11	10
γ) in alias cons.	—	—	2	4	1	4

Ad hanc tabulam illustrandam aggrediar. De ratione, quae inter syllabas natura longas et positione longas intercedit, multa verba facere omitto, quoniam numeri hanc rem dilucide ostendunt. In Fastis et in Arte syllabae positione longae natura longas superant.

1) **De brevibus.** Numerus est 37, in his habes Italia Trist. 4,20. Reliquae (36) sunt bisyllabae: aqua: 7ies. Am. 6,26; 7,58; Her. 5,30; 5,54; Trist. 11,20; Pont. 5,40; 5, 80. ave: bis. Am. 3,22; 10, 4. bove: Ars 324. dare: Am. 8,62. ego: 5ies. Ars 8; Am. 7,32; Her. 6,148; Trist. 5,66; Pont. 5, 32. face: Her. 2, 120 toga: Ars 514. mare: Her. 4, 106. mea: bis. Am. 14,50; Pont. 7,44 nece: Pont 6,40. ope: 8ies. Her. 4,60; 6,98; Fast. 612; Trist. 2,66; Pont. 1,78; 2,144; 3,22; 3,90; pede: quater. Ars 560; Her. 5,136; Fast. 514; Trist. 1,16. pete: Her. 3,152. tua: Trist. 8,32.

2) de verbis, quae in **syllabas breves una consonante finitas** desinunt.

a) de verbis in s, r, n, l etc. exeuntibus.

α) in r: numero sunt 105. Am. 22; Her. 27; Fast. 16; Trist. 19; Pont. 21. In his notandae sunt verborum formae: morer, precor, canar, legar, queror, cremer, feror, vocor, reor, refer, al.

β) in s: numero sunt 136.

		us	is	es
Am.	25	19	5	1
Her.	28	20	6	2
Fast.	33	25	7	1
Trist	21	16	5	—
Pont.	29	27	1	1
	136	107	24	6

γ) in alias consonantes: numero sunt 16; ut caput 7ies; nihil quater; tamen bis; semel; simul; Samon.

b) de verbis in m exeuntibus.

Numero sunt 180; in eo numero verba habes 17 ut feram ter; petam ter; canam bis; vocem; amem; bibam; agam; eram bis; velim; forem; idem.

c) de verbis: numero sunt 201.

		et	it	at	is	es
Am.	37	16	10	7	3	1
Her.	47	17	9	12	4	5
Fast.	46	23	16	4	2	1
Trist.	23	12	6	4	1	—
Pont.	48	25	13	10	—	—
	201	93	54	37	10	7

Fasti diligentius tractati ita se habent:
1) et: 23ies, 19ies II c daret; amet; Fut. III bis.
2) at: quater. I c. bis: III c. coni; IV c. coni.
3) it 16ies Praes. III 6ies; Praes. IV quater; Perf. quater; Fut. I bis.
4) is: geris, petis.

Tabula verba secundae coniugationis ceterarum coniugationum verba superare monstrat. In his imprimis verbum „habendi" numero valet.

d) de verbi substantivi formis.

		erat	erit	eris	fuit
Ars.	45	14	9	8	14
Am.	30	8	13	4	5
Her.	35	14	5	13	13
Fast.	39	20	9	2	8
Trist.	26	11	5	2	8
Pont.	12	3	4	—	5
	197	70	45	29	53

„erat" ceteras formas superat; in Amoribus et in epistulis ex Ponto „erit" numero valet; „eris", quod tarde procedit, in Heroisin ceteras formas paene assequitur.

3) De verbis, quae in syllabam **brevem duabus consonantibus finitam** desinunt.

	num. verb.	nt	ent	unt	ant	int	st	aliae cons.	
Am.	24	17	11	4	2		7		
Her.	34	18	11	4	3		14	2	hiems.
Fast.	18	11	6	4	1		3	4	apex, biceps. iners, refert.
Trist.	23	12	7	3	2		10	1	hiems.
Pont.	29	15	8	3	3	1	10	4	iners. hiems ter.
	128	73	43	18	11	1	44	11	

Etiam hoc loco verba in „ent“ desinentia ceterarum coniugationum voces longe antecedere dignum est quod commemorem. Numero verborum in „st“ exeuntium comprehenduntur: meast; meumst; multo rarius verba ut „adest“, „obest“ occurrunt.

Paucis complectar, quomodo apud Ovidium posterioris hemistichii syllaba finalis se habeat. Plerumque syllabae natura longae syllabas positione longas superant. Brevium vocalium numerus est exiguus, duo vel tria verba saepius usurpantur, reliqua semel vel summum ter. In syllabis brevibus una consonante finitis primum locum obtinent voces in s, r, l, n desinentes; secuntur verba, deinde verbi substantivi formae, tum verba in m exeuntia, postremum verba, quae duabus consonantibus finiuntur.

Jam ad **carmina epigraphica** aggredior.

1) carmina **antiquissima** (958—965)

Distichorum numerus est 21.

a) clausulae **bisyllabae** 7.

syll. long.	des. in r	verb. subst.
5	1	1 (fuit)

b) clausulae **trisyllabae** 7.

syll. long.	des. in r	in m
4	1 (potior, verb.)	2

c) clausulae **quadrisyllabae** 7.

syll. long.	des. in m	syll. breves
3	2	2

Syllabae breves in carmine singulari 963 insunt. Quibus detractis etiam in his carminibus syllabae natura longae reliquas superant.

2) Carmina **Pompeiana.**

Distichorum numerus est 35.

a) clausulae **bisyllabae** 27.

syll. long.	des. in r	in m	verb.	verb. subst.	in duas cons.
15	1 (amor)	2	6	2	1 (potest)

Ratio: 15 : 12, ut apud Ovidium. Verba: binae formae in „et, at, it“ exeuntes. Verbum subst.: fuit, erat.

b) clausulae **trisyllabae** 5.

syll. long.	in m des.	verba
1 (populist)	2	2 (liceat)

Ratio: 1 : 4.

c) clausulae **quadrisyllabae** 3.

syll. long.	des. in m
2	1 [omne modu(m) 929,2]

3) Carmina epigraphica **primi** p. Chr. n. **saeculi** usque in **tempora Traiani.**

a) clausulae **bisyllabae,** quae numero sunt 383.

syll. long.	brev.	des. in s, r	in m	verba	verb. subst.	in duas cons.
188	16	76	30	40	19	14

Ratio: 188 : 195, quae cum Ovidio, certe cum maiore eius carminum parte non consentit.

Singula breviter tractabo.

α) de brevibus. bona 1060, 6; data 972, 2; lege 905 A, 2; mea: 8ies, 980,2; 990,2; 991,2; 992,2; 995 B, 20; 1040,4; 1144,8; 1156,4. proba 1136,4; rota 1059,4; sua 1160,4; via 998 2; 11,42,4.

β) de verbis in „s, r“ **desinentibus.**

s, r	r	s	is	us	ys	
76	22	49	33	15	1	semel, simul, caput, Ityn, procul.

In verbis in „r“ desinentibus habes talia: sequar, tegor, moror, premor; in „is“ desinentibus: nimis, magis.

γ) In verbis in „m“ desinentibus, quae numero sunt 30, habes forem, novem.

δ) In verbis, quae numero sunt 40.

habes verba in	et	it	at	is
	19	14	6	1

Verba in „et“ exeuntia ut apud Ovidium cetera superant.

ε) de verbis duabus consonantibus finitis, quae numero sunt 14.

nt	ent	ant	unt	int	st
13	4	4	4	1	1

b) clausulae **trisyllabae,**

quarum numerus est 107.

syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	verb. subst.	st
46	9	15	11	16	4	6

Ratio: 46 : 52, quae ab Ovidio dissentit.

α) de brevibus: lapide 965,2; 1073,6; 1144,4; 1146,2;

parere 980,6; patria 1013,4; cinere 1032,2; misera 1074,2; 1164,6.

β) de verbis in „s, r" desinentibus.

s, r	r	s	is	us
15	5	10	4	6

In verbis in „r" desinentibus habes: tegitur, colitur, sequitur, rapior, melior.

In verbis in „s" occurrunt: legitis, stimulus, manibus.

γ) in verbis in „m" exeuntibus insunt talia: deus sum, cita sum, fuerim.

δ) de verbis.

uit	eat	eret	iit
11	2	2	1

Perfecta illa ut doluit, posuit, rapuit cetera verba ut foveat, coleret superant.

ε) in verbi substantivi formis habes fuerat, fueris.

ζ) in verbis duabus consonantibus finitis habes verba in

ant	int	st
2	1	3

c) clausulae **quadrisyllabae,** numero sunt 68.

syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	nt
27	6	10	7	12	6

Ratio: 27 : 35; ab Ovidio abhorret.

α) De brevibus. conficere 979,4: officia 1025,2; 1086,8; 1087,2; eripere 1051,2; occidere 1138,2.

β) de verbis in „s, r" exeuntibus r semel, s 9ies; „s" ut in clausulis trisyllabis „r" superat.

γ) de verbis duabus consonantibus finitis.

nt	unt	ent	ant	st
5	3	1	1	1

„unt" numero plurimum valet.

d) clausulae **pentasyllabae,** numero sunt 6.

syll. long.	m	
5	1	amicitiae.
		mathematici.
		ministerium.

Ut paucis complectar, quomodo hi numeri ab Ovidio recedant, primum vocalium brevium numerum crevisse adnoto. Si apud Ovidium in numero distichorum 2340 breves 37 esse et in his distichis, quae numero sunt 562, 31 breves esse consideras, quantopere differant, vides. Imprimis infinitivi illi breves ut „occidere" duri aliquid habere mihi videntur, quamquam apud Catullum, Propertium, Ovidium occurrunt. In omni clausularum genere pentasyllabis exceptis syllabae positione longae natura longas superant. In trisyllabis et in qua-

drisyllabis verba ceteras voces positione longas antecedunt. Haec verba, quae in bisyllabis plerumque in „et" exeunt, his in clausulis „uit" terminationem habent.

Priusquam ad reliqua carmina epigraphica aggrediar, **Petronium** leviter tangam.

a) carmina, quae in Saturis sunt.

syll. long.	brev.	posit. long.
9	1	18

Ratio: 9 : 18; ab Ovidio abhorret; syllaba brevis est: bene 34, 36.

b) carmina Petronio tributa.

syll. long.	brev.	posit. long.
15	1	24

Ratio: 15 : 24. Syllaba brevis: desinere 39,8.

Addam, quod etiam hic secundae coniugationis verba in „et" ceteras terminationes antecedunt.

Cum eadem, quae de primo saeculo dixi, etiam de sequentium saeculorum distichis afferri possint, singula saecula pertractare omitto, tabula has res illustrare satis habeo.

a) Clausulae **bisyllabae.**

	dist. num.	bisyll.	long.	brev.	s, r	m	verb.	verb. subst.	nt
alt. saec.	296	214	114	5	29	17	23	10	15
tert. „	311	191	89	4	39	11	25	11	12
quart.-sept. „	54	36	11	1	11	3	7	2	1
fragm.	110	74	25	8	27	5	4	2	3
carm. Christ.	603	485	238	12	74	43	75	19	24

Rationes inter syllabas natura longas et positione longas intercedunt hae:

altero saec. 114 : 95 quart. usque ad sept. saec. 11 : 24.
tert. saec. 89 : 98. in fragmentis 25 : 41.
in carm. Christ. 242 : 231.

Numeri maximam partem ab Ovidio dissentiunt.

Verba in vocalem brevem desinentia afferam.

[dare 1171,4]. mea 1173,5; 1205,2; 1549,16; 479,4 in versu deteriore. bona 1267,2. aqua 1305.7; fortasse „data" 1332,2 in carmine deteriore. bene 1259,2. ego 898,2. ope 1467,2. lege 1537 A,2. mea 1539,2, 1545,4. dare 1768,4. male 1581,11. modo 1578,5. [mate(r) 1579,2] tua 1347 B,22. data 1356,6. mala 1360,4. ope 1371,16. tua 1426,17; 1408,10. cito 1380,6; 1401,8; 1423,12. nova 1417,6. mea 1431,4. quoque 1438,4.

Ceteris de verbis si carmina epigraphica cum Ovidio comparaveris, aliquod discrimen inter hunc poetam et carmina intercedere invenies. Ovidi Amores, Fastos, Tristia exempli causa affero, quorum disticha numero sunt 1119, et carmina epigraphica, quorum disticha clausulis bisyllabis finita numero sunt 1000. Habes

	verba in s, r	in m	verb.	verb. subst.
apud Ovidium	145	97	105	95
in carm. epigr.	180	79	134	44

Differentia perspicua est Cum syllabae natura longae deminuantur, positione longae crescant necesse est. Longarum partes suscipiunt verba et substantiva in „s, r" desinentia. „M" et verbum substantivum loco suo demoventur. Ovidi ars singulas formas variat; quod artificium iis, qui carmina epigraphica fecerunt, non contigisse non mirum est.

Cum primo saeculo et apud Ovidium verba in „ent" exeuntia ceterarum coniugationum terminationes superent, in his carminibus praeter Christiana verba in „it" cetera antecedunt. In carminibus Christianis verba in „et" plurimum numero valere notandum est. Haec enim carmina et in clausulis et in spondeorum et dactylorum rationibus a ceteris paulo abscedunt. Carminum partem aliquam inter 1233 et 1243 diligentius excussi, ut, quomodo syllabae finales in carminibus melioribus et deterioribus se haberent, cognoscerem.

	syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	verb. subst.	nt
	79	4	37	9	23	11	11
mel.	49	1	17	4	8	8	5
deter.	30	3	20	5	15	3	6

In carminibus melioribus syllabas natura longas maiorem locum occupare numeri docent, in deterioribus syllabae positione longae numero plus valent. Praecipue discrimen verborum inter meliora et deteriora magnum intercedit. Verba igitur in carminibus deterioribus saepius occurrunt, et fortasse sic verba in „et" in his carminibus decrevisse, verba in „it" crevisse explicatur.

b) Clausulae **trisyllabae.**

	claus. num.	long.	brev.[1]	s,r	m	verb.	nt	st
alt. saec.	43	15	4	9	6	7	1	3
tert. „	70	25	3	10	11	17	1	
quart.-sept. „	10	5	—	3	—	2	—	
fragm.	16	6	—	4	1	4	1	
carm. Christ.	59	34	1	7	9	5	3	

[1]) Asia 884,1 non adnumeratum est.

Rationes hae sunt: alt. saec. 15 : 25;
tert.. saec. 25 : 42; quart.-usque ad sept. saec. 5 : 5;
in fragm. 6 : 10; in carm. Christ. 34 : 24.

Verba vocali brevi finita habes haec:

Sicula 1177,2. anima 1185,8; 1205,2. lapide 1217,2. gremia 1238,12. maria 1266,1. fugere 1257,2. regere 1350,4.

Carminibus Christianis exceptis syllabae positione longae natura longas superare solent idque magis quam in clausulis bisyllabis. Syllabarum, quae positione longae sunt, hic primum locum obtinent verba, quae imprimis altero saeculo in carminibus deterioribus insunt. In his numero plurimum valent Perfecta in „uit“ ut posuit. Secuntur voces in „s, r“ et in „m“ desinentes. Verba duabus consonantibus terminata raro usurpantur.

c) Clausulae **quadrisyllabae.**

	claus. num.	syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	nt
alt. saec.	35	20	3	3	4	4	1
tert. „	46	26	3	6	7	4	—
quart.-sept. saec.	8	3	—	1	—	4	—
fragm.	20	11	—	4	2	3	—
carm. Christ.	54	17	2	14	9	11	1

Rationes hae sunt: alt. saec. 20 : 15.
tert. saec. 26 : 20; quart. usque ad sept. saec. 3 : 5.
in fragm. 11 : 9; in carm. Christ. 17 : 37.

De brevibus: 8ies. contegere 1168,4. Metrobie 1189,2. deposita 1315,2. officia 1339,8. Eusebia 1359,10. Daedalia 1434,4. Memnonia 880,3. efficere 868,4.

Clausulae carminum epigraphicorum quadrisyllabae cum Ovidio conveniunt, apud quem haec fere ratio est $^2/_3 : ^1/_3$. Carmina Christiana in hac re ab Ovidio recedunt, quamquam aliis in rebus propius ad eum accedunt.

In iis, quae secuntur, quomodo haec res apud **Lactantium** et **Orientium** se habeat, ostendam.

1) apud Lactantium.

Distichorum numerus est 85.

syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	verb. subst.	nt
34	—	13	11	19	1 erat	7

Ratio: 34 : 51; aliter atque apud Ovidium.

2) apud Orientium.

a) Clausularum **bisyllabarum** numerus est

α) in libro priore 176, β) in altero 125.

	syll. long.	syll. brev.	s, r	m	verb.	verb. subst.	nt
lib. I	77	5	20	19	31	8	16
lib. II	75	3	16	19	17	7	8

Rationes prioris libri: 77 · 94; alterius: 55 : 67.

Uterque liber ab Ovidio et a carminibus Christianis discrepat.

b) Clausularum **trisyllabarum** numerus est

α) in priore libro 78 β) in altero 52.

	syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	nt
lib I	39	5	9	11	10	4
lib. II	20	3	10	4	13	2.

Rationes prioris libri: 39 : 39, alterius 20 : 32.

c) Clausularum **quadrisyllabarum** numerus est

α) in priore libro 49, β) in altero 31.

	syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	nt
lib. I	24	3	14	2	5	1
lib. II	20	1	6	3	—	1

Rationes prioris libri: 24 : 22, alterius: 20 : 10.

Trisyllabarum et quadrisyllabarum rationes fere eaedem quae in carminibus epigraphicis sunt. In trisyllabis verba primum locum occupant. In bisyllabis verba in „et“ numero plurimum valent.

IV. De prioris hemistichii syllaba finali.

Ovidi librorum, in quos inquisivi, rationes hae sunt.

	dist.	num. syll.	n. long.	posit.	l. s, r	m	verba	nt, st	rationes:
Ars	I	385	296	89	21	24	27	17	$^3/_4$: $^1/_4$ circiter,
	II	373	304	69	16	29	12	12	$^4/_5$: $^1/_5$ „
	III	404	334	72	21	24	10	16	$^4/_5$: $^1/_5$ „
Am.	I	388	316	72	19	24	17	12	$^4/_5$: $^1/_5$ „
Fast.	I	362	293	69	10	37	10	12	$^4/_5$: $^1/_5$ „
Trist.	I	369	291	78	19	32	9	18	$^3/_4$: $^1/_4$ „

Posterioris hemistichii quos attuli numeros si comparaveris, quid discriminis intercedat, facile apparebit. Huius hemistichii syllabae natura longae auctae sunt. Cum supra verba in „s, r“ cetera superaverint, hic verba in „m“ desinentia numero plurimum valent.

Qui singulorum pedum rationibus comparatis a Catullo spondeos, ab Ovidio dactylos praeferri videt, etiam in hac parte Catullum in prioris hemistichii fine crebrius syllabas positione longas admisisse existimet. Sed res ita non se habet. Catullus in hac hemistichii parte syllabas positione longas vitavit, natura longas praetulit. In carminibus maioribus, quae disticha habent 176, 28 tantum exempla syllabae positione longae insunt, et in eo numero 8ies hemistichia parem in sonum exeunt ut:

Numquam se mediam sustulit ad tunicam. 67,22
Quod posset zonam solvere virgineam. 67,28
In dominum veterem deseruisse fidem. 67,8
Lux mea se nostrum contulit in gremium. 68,132
Notescatque magis mortuos atque magis. 68,48

Utriusque hemistichii in „m“ exitum bis habet:

Dicitur et miseram conscelerasse domum. 67,24
Protesilaeam Laudamia domum. 68,74

Etiam hic versus dignus est quem ponam:

Eripite hanc pestem perniciemque mihi. 76,20.

Catullus igitur Ovidium superat. Vetus praescriptum vel veterem regulam, quae in fine prioris hemistichii syllabam

natura longam esse voluit, mihi videtur sequi. Aliter quidem in carminibus minoribus, quae etiam aliis in rebus a maioribus recedunt, poeta hanc rem tractat.

Jam **singula** tractabo.

1) In verbis in „m“ desinentibus talia occurrunt: quondam, furtim, nusquam, numquam, iam, quaedam. tecum, vivam. iubeam, ducebam, possum, possem, sum.

2) de verbis in „s, r“ desinentibus.

		form. num	r	s	is	us	es	n	
									leviter, facitis, miles.
Am.	I	19	5	14	3	10	—		
Fast.	I	10	1	9	3	6	—		
Trist.	I	19	6	11	2	9	1	2	mittuntur, offendatur, tamen.
		48	12	34	8	25	1	2	

Ut in hemistichio posteriore, sic etiam hic verba in „s“ voces in „r“ desinentes antecedunt.

3) de verbis.

		verb. num.	at	it	et	
						fuerat, frangat.
Am.	I	17	10	6	1	sentit, fit, iacuit.
Fast.	I	10	4	6	—	
Trist.	I	9	1	7	1	argueret.
		36	15	19	2	

Prius hemistichium a posteriore ita differt, ut verba in „it“ et in „at“ desinentia voces in „et“ longe superent.

4) de verbis in duas consonantes exeuntibus.

		form. num.	nt	unt	ent	ant	int	st	aliae cons.	
Am.	I	12	9	7	1	1	—	3	—	erunt, sunt eunt.
Fast.	I	12	4	1	1	2	—	7	1	princeps, viast
Trist.	I	18	7	3	2	—	2	9	2	coniux, hanc.
		42	20	11	4	3	2	19	3	

Verba in „unt“ numero plurimum valent. „Coniux“ „n“ non addita in numero positione longarum rettuli, legem secutus, ex qua syllaba finalis substantivorum in „x“ brevis est, si genetivi vocalis brevis est, longa, si genetivus longus est: grèx, grègis—rex, regis.[1] At forma „coniunx“ „n“ addita longa est.

[1]) Cum signa ad vocalium quantitatem significandam usitata desint, his notis utor: vocalis longa non significatur; vocalis brevis hoc accentu '.

Ad **carmina epigraphica** accedo.

1) Carmina **antiquissima.** (carmen 963 omittitur)

distich. num.	syll. long.	in „m“ des.
16	14	2

In his paucis versibus syllabae natura longae numero plurimum valent.

2) Carmina **Pompeiana.**

distich. num.	syll. long.	s, r	m	verb.
35	24	3	3	5

Ratio: 24 : 11 vel $^5/_7 : ^2/_7$. Haec carmina propius ad Catullum quam ad Ovidium accedunt.

3) Carmina **primi saeculi** usque in **tempora Traiana.** Distichorum numerus, qui tractari potest, est 552.

syll. long.	brev.	s, r	m	verba	nt, st.
357	1 (1136,4)	75	53	43	23

Ratio 357 : 194 vel circiter $^2/_3 : ^1/_3$ (368 : 184); plus igitur tertia pars positione longa est. Apud Ovidium ratio est $^4/_5 : ^1/_5$ vel $^3/_4 : ^1/_4$.

De brevibus alio loco agam.

a) In verbis in „m“ desinentibus talia habes: olim, tum, cum, quam, quem, sim, sum. Apud Ovidium haec verba cetera praecipue in „s, r“ exeuntia superant, hic ratio mutata est.

b) de verbis in „s, r“ desinentibus.

s, r	r	s	is	es	us	aliae cons.
75	17	52	27	1	24	6

In verbis in „r“ habes: videor, super, testor; in verbis in „s“: cernis, querer is, colitis; in verbis aliis consonantibus finitis: crimen, nomen, illud, miserum ut.

Verba in „s“ desinentia primum locum tenent, et in his verba in „is“ numero plurimum valent.

c) de verbis.

verb. num.	it	at	et	is
43	28	8	6	1

Ut apud Ovidium, verba in „it“ et „at“ voces in „et“ exeuntes superant.

d) de verbis in duas consonantes exeuntibus.

form. num.	nt	unt	ent	ant	int	st	aliae cons.
23	15	4	4	6	1	4	4 } volt, coniux, iners, senex, vitast.

In paucis Ovidi libris, quos excussi, verba in „unt“ cadentia cetera superant, hic verba in „ent“ primum locum occupant.

Carminum epigraphicorum disticha, quae reliqua sunt, **ut singulas partes complectar,** tractabo.

	distich. num.	syll. long.	brev.	s,r	m	verb.	nt,st.
saec. alt.	289	199	3	32	32	14	9
saec. tert.	299	175	8	48	34	20	14
saec. quart.-sept.	54	33	1	7	8	4	1
fragm.	95	61	2	17	3	5	7
carm. Christ.	596	333	9	93	87	48	26

Rationes: alt. saec: 199 : 87 vel circiter $^2/_3 : ^1/_3$ ($192^2/_3 : 96^1/_3$)
„ tert. „ 175 : 116 „ „ $^2/_3 : ^1/_3$ ($198^2/_3 : 99^1/_3$)
„ quart. usque ad sept. saec: 33 : 20 „ „ $^2/_3 : ^1/_3$ (36 : 18)
„ fragm. 61 : 32 „ „ $^2/_3 : ^1/_3$ ($63^1/_3 : 31^2/_3$)
„ carm. Christ. 333 : 254 „ „ $^2/_3 : ^1/_3$ ($397 : 198^2/_3$)

Quantopere hae rationes ab Ovidio recedant, manifestum est. Altero saeculo excepto syllabae positione longae plus tertiam partem occupant.

Ceteris de clausulis id addo, etiam in his carminibus verba in „s“ cadentia voces in „r“ superare et in verbis formas in „et“ numero plurimum valere.

Carminum epigraphicorum **partes aliquot** inter 1166-1233. 1233-1343, ut, quomodo singulae verborum formae in carmina meliora et deteriora distributae essent, cognoscerem, **diligentius** excussi.

Rationes hae sunt:

a) inter carmina 1166-1233.

	syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	nt, st.
	137	3	25	29	10	10
mel.	70	2	15	13	6	6
deter.	67	1	10	16	4	4

b) inter carmina 1233-1343.

	syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	nt, st.
	161	7	37	33	19	13
mel.	99	—	20	19	6	8
deter.	62	7	17	14	13	5

Syllabae natura longae etsi maximam partem in carminibus melioribus occurrunt, tamen saepe in deterioribus quoque inveniuntur. Breves, si totum spectas, in deterioribus insunt. Verba in „s,r“ et in „nt“ „st“ exeuntia crebrius in melioribus quam in deterioribus leguntur. In verbis et in vocibus in „m“ exeuntibus numeri non sibi constant, sed in contrarium abeunt.

Carminibus epigraphicis tractatis etiam hac in parte **nonnullos poetas** afferam:

a) **Petronium.**

α) carmina, quae in Saturis sunt.

syll. long.	s, r	m	verb.	st
19	4	3	2	—

Ratio 19 : 9 = $^2/_3$: $^1/_3$ ($18^2/_3$: $9^1/_3$).

β) carmina Petronio attributa.

29	1	5	2	3

Ratio : 29 : 11 = $^2/_3$: $^1/_3$ ($26^2/_3$: $13^1/_3$). Rationes in utraque parte fere pares cum carminibus epigraphicis conveniunt.

b) **Lactantium** vel carminis **de Phoenice poetam.**

syll. long.	s, r	m	verb.	nt
49	10	16	5	5

Ratio: 49 : 36 = $^2/_3$: $^1/_3$ ($56^2/_3$: $28^1/_3$); eadem fere est quae in carminibus epigraphicis. „m" superat „s, r" ut apud Ovidium.

c) **Orientium.**

	syll. long.	brev.	s, r	m	verb.	nt, st
α) lib. I	167	2	39	48	26	26
β) lib. II	102	2	37	32	14	22

Rationes prioris libri : 167 : 139 = $^5/_9$: $^4/_9$ ($171^1/_9$: $136^8/_9$); alterius libri 102 : 105.

Prioris et praecipue alterius libri rationes contra Ovidium et carmina epigraphica sunt. Considera prioris hemistichii syllabas finales, quae breves sunt: gravida 1,118; cito 1,340; excipere 2,254; nisi 2,308; imprimis excipere in fine huius pentametri partis notandum est.

V. De ratione inter clausulas prioris et alterius hemistichii intercedente.

In hac parte **Ovidi** tres Artis libros tractare satis habeo. Clausulis bisyllabis haec verba respondent:

	distich. num.	sp.	mol.	anap.	chor.	iamb.	monosyll.	plur. syll. v.
Ars	I 385	146	54	106	42	17	13	7
	II 373	158	49	94	37	11	16	8
	III 406	187	67	97	31	11	10	3
	1164	491	170	297	110	39	39	18

Saepissime ergo occurrunt spondei; secuntur anapaesti, molossi, choriambi, iambi etc.

De **singulis** agam.

1) de **spondeis.**

Interdum accidit, ut **spondeum monosyllabum antecedat,** in Artis libro I 55ies, II 78ies, III 76ies.

Talia verbula parvi ponderis esse solent, vel praepositiones vel aliae voces ut: **tam, et, cum, sum, quam, non, si, quas, hac, his, sit, nec, quod, sunt, plus, nil, quod, at, sed, quae, dum, est, te, fit, quis, a.** Raro verba graviora occurrunt ut:

corpora: Mars Threcen occupat, illa Paphum. Ars II 588.

In tertiae Artis libro insunt: **ars, mens.** Haec verba monosyllaba cum spondeo arte cohaerent, ita ut quasi molossum faciant; raro monosyllabum sententia a spondeo separatum est ut:

Pessima sit. nulli non sua forma placet. Ars I 614.

2) de **anapaestis.**

Eadem fere monosyllaba in anapaestis occurunt quae in spondeis. Notanda sunt: **ars, ferr(e), pax, mill(e).** Verbum monosyllabum sententia ab anapaesto separatur.

Ille ego sim, teneras cui petat ungue genas. II 452

Quo artius anapaestus et monosyllabum coniuncta sunt, eo melius hemistichiorum concinnitas apparet.

3) Congruentissima pentametri membra **choriambus** reddit ut:

Mobilis aequoreis pinna madescit aquis. II 62.

4) Voces e **pluribus** quam **quattuor syllabis** vel **aliis e pedibus** compositae rarae sunt: I 226 *urbs in Achaemeniis;*

I 416 *culta Palaestino*; I 500 *multa supercilio*; I 720 *intret amicitiae*; II 8 *peregrinis*; II 258 *maritalis*; II 734 *adoratae*, al.

In his verbis insunt nomina propria. Nonnulla substantiva, quae in his libris poeta alio pentametri loco non collocat, postea, in epistulis ex Ponto, in fine pentametri ponit ut supercilio, amicitiae, adulterio.

5) de verbis **monosyllabis.**

Haec verba vel verbum bisyllabum vel plerumque aliud monosyllabum antecedit.

a) antecedit bisyllabum:

Ars I stupet haec, pater est, tibi sit, tamen est, opus est, data sunt. II manus est, prior est, gravis est, inter nos. III scelus est, sua dos.

Bisyllaba voce antecedente monosyllaba arte copulata sunt, ut anapaesti loco haberi possint.

b) antecedit monosyllabum.

Nonnulla exempla afferam:

Tu quoque, materiam longo qui quaeris amori,
ante frequens quo sit *disce puella loco.* Ars I 50

Primum Ovidi discipulum discere oportet, ubi, quo loco puellae versentur. Quanta vis in his verbis a poeta collocata sit, vides. Sive „quo“ sive „sit“ sono fortiore enuntiantur, verba artissime coniuncta sunt, ut spondei loco haberi possint.

Quid fugis, ut vincas, quid victo, Parthe, relinquis?
Parte, malum iam nunc *Mars tuus omen habet.* I 212.

Vis posita est in „nunc“, „iam nunc“ tamquam verbum spondiacum est.

Alia exempla sunt: quin se; ne se; qua sis; nec quo; per quos; nec me; et vos; quae sit; non det; hoc sunt.

Ut paucis complectar, verba monosyllaba tantum prima specie exstare, re vera spondei vel anapaesti loco haberi dici potest.

6) de verbis **iambicis.**

Jam venio ad eam partem, quam diligentius tractare volo, ad ea exempla, in quibus clausulae iambicae verbum iambicum in hemistichio priore respondeat. Ut, quomodo res initio se habuerit, cognoscas, a **Catullo**[1]) incipiam. Apud eum decem exempla occurrunt: 65,12; 66,20; 66,82; 67,2; 68,148; 87,4.

---

[1]) Catullus, Tibullus, Propertius, ed. Mueller.

sed heic suffixa sigillo
tantum operire soles aut aperire domum. 67,40
Notescatque magis mortuos atque magis. 68,48
quod amantem iniuria talis
cogit amare magis, sed bene velle minus. 72,8
intestina canes, cetera membra lupi. 108,6

Exempla allata a reliquis ita differunt, ut arguti et artificiosi aliquid habeant. Aequa enim membrorum compositio fert, ut pentametri partes maxime idoneae sint, quae sententiam aliquam argute exprimant.

Tibulli liber primus exempla habet duo, alter tria, quartus quattuor.

Subicietque manus efficietque viam. I 5,64
Non tibi barba nitet, non tibi culta comast. I 4,4

In **Lygdami** elegiis decem exempla insunt, ut a Tibullo etiam hac in re differant.

Ad **Propertium** aggredior.

Liber I	II	III	IV
47	66	52	33

Numeri verba iambica a poeta frequenter admissa esse demonstrant. Multa exempla non eadem arte qua Catulliana sunt, alia eandem membrorum concinnitatem habent; pulcherrima ponam:

Tu cave, ne tristi cupias pugnare puellae,
neve superba loqui, neve tacere diu. I 10,22
Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit. I 12,20
Cynthia forma potens, Cynthia verba levis. II 5,28
Quamvis ista mihi mors est inhonesta futura,
mors inhonesta quidem, tu moriere tamen. II 8,28
Sive ea causa gravis, sive ea causa levis. II 9,36
Maxima praeda tibi, maxima cura mihi. II 16,2
Ambos una fides auferet, una dies. II 20,18
Me licet unda ferat, te modo terra tegat. II 26,24
Qui dare multa potest, multa et amare potest. II 26,28

Accedamus ad **Ovidium**.

	Ars	Am.	Her.	Trist.	Ex Pont.	Fast.	Ib.	Med. f.	Rem. am.
I	17	17	pr. sex ep.	18	8	32	16	2	15
II	11	21	20	13	12	11			
III	11	14	cet. 52	22	12	15			
IV				20	20	16			
V				24		10			
IV						13			

Tabula Ovidium verba iambica non tam timide quam Tibullum vitasse docet, quamquam exempla multo rarius quam apud Propertium occurrunt. Quaeritur, cur Tibullus et Ovidius haec verba rarius admiserint. Poetae et metrici pentametrum unum versum esse voluerunt. Clausula bisyllaba in priore hemistichio posita utrumque pentametri membrum eadem fere forma, eadem specie erat. Facile aliquis pentametrum ex duobus aequis membris constare dicere poterat. Hoc autem si quis statuebat, et syllabam ancipitem in prioris coli fine et hiatum et spondeos in altero membro admittere debebat. Tibullus et Ovidius quidem, quamquam verba iambica posuerunt, ad extrema non descenderunt, sed posteriorum temporum poetae vel versificatores, quae supra notavi, admittere non dubitaverunt.

Numeros tabulae si comparaveris, inter priora et posteriora carmina non multum interesse invenies. Primo Fastorum libro excepto numeri sibi constant.

Quamvis de numeris inter singula opera nihil fere intersit, tamen inter ipsa exempla aliquid interesse existimo.

Supra Ovidium verba iambica quodammodo vitasse dixi. Si posuit, sententiam breviter arguteque exprimere voluit; ad hanc rem efficiendam membrorum concinnitas maxime idonea erat. Quo fit, ut multa priorum carminum exempla gravitate quadam non careant. In libris posterioribus, praecipue in Tristibus, haec exempla multo rariora sunt.

Omnia igitur exempla Ovidiana in duas partes dividi possunt,

primum in exempla **simplicia,** in quibus nullum fere artis rhetoricae vestigium apparet,

deinde in exempla **artificiosa,** quae poetam arte rhetorica imbutum ostendunt.

1) Exempla **simplicia.**

a) *Pace fores obdo, ne qua discedere possit:*
Caesareoque diu nomine clusus ero. Fast. I 282
At nunc, quod superest, fer opem, precor, eminus unam,
alloquioque iuva pectora nostra tuo! Pont. I 6,8
Auferet ex oculis veniens aurora Booten,
continuaque die sidus Hyantis erit. Fast. V 734.

In his exemplis verba iambica diu, iuva, die occurrunt. Talia verba rariora sunt. Multo saepius leguntur: mihi, tibi, vel pronominis possessivi formae: meis, tuis, suis etc. Primum pentrametri verbum „que“ particula hexametro artius coniunctum est. Multa huius generis exempla in Tristibus insunt:

Infestumque mihi sit satis esse Jovem. Trist. I 4,26
Incertusque meae paene salutis eram. Trist. III 3,4
Principiumque mei criminis error habet. Trist. III 6,26

b) *Et iacet ante tuos Graecia maesta pedes.* Her. 3,84
Nec moror ante tuos procubuisse pedes. Her. 12,186
Decidit ante sacros lanea vitta focos. Fast. III 30
Tradat, et ante tamen pauca loquatur, adi. Trist. I 1,96

Praepositio vel adverbium „ante" saepius ab Ovidio ante clausulam iambicam usurpatum est. In paucis exemplis Tibullianis „ante" semel ita positum est. Apud Propertium haec praepositio ita posita non raro occurrit.

c) *Seu te forte iuvat sera et sapientior aetas,*
hoc quoque, crede mihi, plenius agmen erit. Ars I 66
Illic depositis habitat Concordia telis,
illo, crede mihi, Gratia nata locost. Ars II 464
Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido:
Attice, crede mihi, militat omnis amans. Am. I 9,2
cf. Her. 15,174; Pont. IV 2,22; Fast. I 496.

Sententia aut hexametrum et pentametrum amplectitur aut in utroque versu alia est. Poeta gravibus verbis id quod dicat ita se habere affirmat. Venustissimum est illud: *Militat omnis amans* etc.

Exempla, quae attuli, ad ea perducunt, quae maiore cum arte composita sunt.

2) Exempla **artificiosa.**

a) Pentametri **iambici** in **sententiarum serie** insunt. Narratio vel expositio compluribus e membris constat; saepius aliquod membrum verbum iambicum in prioris coli fine habet.

Quo non ars penetrat? discunt lacrimare decenter, Ars III 291
quoque volunt plorant tempore quoque modo.
quid, cum legitima fraudatur littera voce,
blaesaque fit iusso lingua coacta sono?
in vitio decor est, quaedam male reddere verba:
discunt posse minus, quam potuere, loqui.

O pudor! hirsuti costis exuta leonis, Her. 9, 111
Aspera texerunt vellera molle latus! cf. 9,103—110
Falleris et nescis: non sunt spolia illa leonis,
Sed tua, tuque feri victor es illa tui.

Multa quidem subeunt, sed coram ut plura loquamur Her 15,281
excipe me lecto nocte silente tuo!
an pudet et metuis Venerem temerare maritam
castaque legitimi fallere iura tori?
a! nimium simplex Helene, ne rustica dicam,
hanc faciem culpa posse carere putas?
aut faciem mutes aut sis non dura, necessest:
lis est cum forma magna pudicitiae.
Juppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis:
haec tibi nempe patrem furta dedere Jovem.

Ergo age, ne dubita cunctas sperare puellas! Ars I 343
vix erit e multis, quae neget, una tibi.
quae dant quaeque negant, gaudent tamen esse rogatae;
ut iam fallaris, tuta repulsa tuast.
sed cur fallaris, cum sit nova grata voluptas,
et capiant animos plus aliena suis?
fertilior seges est alienis semper in agris,
vicinumque pecus grandius uber habet.

Pentameter in modum proverbii sententiarum seriem claudit. Talia proverbia sive in fine narrationis sive alio loco saepius occurrunt.

Dictus erum subito cuidam venisse puellae: Ars III 245
turbida perversas induit illa comas.
hostibus eveniat tam foedi causa pudoris,
inque nurus Parthas dedecus illud eat!
turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus
et sine fronde frutex et sine crine caput.

Egregie pentametri iambici in Daedali et Icari narratione adhibiti sunt: Ars II 21 sq. Quinque versus quasi columnae totum sustinentes ex narratione eminent.

Daedalus ut clausit conceptum crimine matris
semibovemque virum semivirumque bovem. II 24.
Finitusque novae iam labor artis erat. II 48.
Sit tua cura sequi! me duce tutus eris. II 58.
Altius egit iter deseruitque patrem. II 84
„Jcare“, clamat, „ubi es quoque sub axe volas“. II 94.

b) Pentameter **modo rhetorico hexametri sententiam continuat.**

Jam supra exemplum attuli:

Semibovemque virum semivirumque bovem Ars II 24.

Alia huius generis exempla:

Saxa ferasque lyra movit Rhodopeius Orpheus Ars III 21.
Tartareosque lacus tergeminumque canem.

Quod Paris et Macareus et quod male gratus Jaso Am. II 18, 23.
Hippolytique pater Hippolytusque legant.

(cf. Am. II, 11, 36; Her. 1, 98; Trist. III 9, 30 — Pont. IV, 16. 6; Fast. I 384.)

Quadrupedesque hominis cum pectore pectora iunctos, Trist. IV 7, 15.
tergeminumque virum tergeminumque canem,
Sphingaque et Harpyias serpentipedesque Gigantes
centimanumque Gyan semibovemque virum.

Servat uterque domum, domino quoque fidus uterque;
compita grata deo, compita grata cani. Fast. V 139.
exagitant et Lar et turba Diania fures:
pervigilantque Lares, pervigilantque canes.

Non Venus et vinum sublimia pectora fregit
officiumve fori, militiaeve labor; Fast. I 301.
nec levis ambitio perfusaque gloria fuco
magnarumque fames sollicitavit opum.

In exemplis, quae extrema attuli, pentametri iambici se excipiunt, quod apud Ovidium rarum est, cf. Am. II 11, 36—38; Her. 15, 270—272; 19,30—32. Pont. II 2,94—96; Trist. V 6,4—6,8; 11,22—24. Fast. IV 566—568. Saepius pentametri iambici bis vel crebrius repetiti apud Propertium occurrunt ut I 2,24 -26—28—30; 3,22—24; 6,4—6; 8,34—36—38; 10,20—22,15,32—34 al.

c) In exemplis, quae secuntur, pentameter **novi** aliquid **non sine gravitate** addit.

Aeacidae Chiron, ego sum praeceptor Amoris: Ars I 17.
saevus uterque puer, natus uterque dea.

Fac primus rapias illius tacta labellis Ars I 575.
pocula, quaque bibit parte puella, bibas,
et quemcumque cibum digitis libaverit illa,

tu pete dumque petes, sit tibi tacta manus!
Tuta frequensque viast, per amici fallere nomen; Ars I 585.
tuta frequensque licet sit via, crimen habet.
Si vox est, canta, si mollia bracchia, salta, Ars I 595.
et quacumque potes dote placere, place.
Qui sermone placet, taciturna silentia vitet; Ars II 505.
qui canit arte, canat; qui bibit arte, bibat!
Ut tenuit domus una duos, domus una tenebit; Her. 4,143.
oscula aperta dabus, oscula aperta dabis.
Ipsa loqui visa est: placidi sum nympha Numici, Fast. III 653.
Amne perenne latens Anna Perenna vocor.

(cf. Ars I 78; Am. III 3,8; Fast. I 50; Fast. I 68; Pont. II 5;64.)

Dignissimum quod commemoretur hoc exemplum est:

Si, nisi quae facie poterit te digna videri, Her. 15,39 ep. Sapphus.
Nulla futura tuast, nulla futura tuast.

Me iudice vir quartodecimo vel quintodecimo natus hunc versum non scripsit, sed ipse Ovidius.

Non solum, si quid affirmare, sed etiam, si quid suadere vel precibus assequi vult, poeta pentametros iambicos adhibet.

Dyspari Priamide damno formose tuorum, Her. 13,43.
tam sis hostis iners, quam malus hospes eras.
Sola gerat miles quibus arma coerceat arma, Fast. I 715
canteturque fera nil nisi pompa tuba.
Redde vicem meritis! grato licet esse, quod optas. Am. I 6,23.
Tempora noctis eunt, excute poste seram.

Hic pentameter quinquies repetitus, 24, 32, 40, 48, 56 egregie et durum custodem et adulescentem precibus multis, ut introducatur, orantem pingit.

Sed de exemplis hactenus. Et simplicia et artificiosa augeri possunt.

Omnibus Ovidi exemplis perlectis nonnulla simplicia esse invenies, alia dedita opera confecta esse videntur, alia certe sunt. Produnt poetae ingenium, qui quasi ludens hemistichia tam acriter opposita confecit. Multa exempla admirabili brevitate dicta sunt; poeta rem, quod aiunt, acu tangit, ita ut versibus eius paene invideas.

Ovidio tractato ad **carmina epigraphica** aggredior, quae complector ita quidem, ut singulas clausulas separem.

1) Clausulae **bisyllabae.**

	claus. num.	spond.	mol.	anap.	chori.	iamb.	monosyll.	plur. syll v.
carm. ant.	7	6	—	—	—	—	—	1
carm. Pomp.	27	15_{8}	53	4_{1}	1	—	4	—
pr. saec.	376	154_{47}	51	88_{36}	29	31	9	14
alt. „	210	89_{30}	30	47_{19}	16	21	2	5
tert „	181	61_{20}	20	57_{20}	17	20	4	2
quart.-sept. „	36	14_{8}	7	6_{2}	3	4	—	2
fragm.	67	24_{16}	13	21_{18}	2	6	—	1
carm. Christ.	481	179_{51}	48	151_{40}	39	50	8	7

Carminibus Christianis detractis si hos numeros cum Ovidio comparaveris, haec invenies.

	distich. num.	spond.	anap.	mol.	chori.	iamb.	monosyll.	plur. syll. v.
Ovid.	1164	491	297	170	110	39	39	18
carm. epigr.	904	353	223	124	68	82	19	25

Spondeorum et anapaestorum numerus, si diligentius inquiras, plane fere cum Ovidio consentit. Molossi paulo increbruerunt. Choriamborum numerus decrevit, distichis 873 responderent 82½ choriambi. Jambi altero tanto aucti sunt.

Ad **singula** pergo.

a) de **spondeis.**

Ut apud Ovidium, sic etiam in carminibus epigraphicis spondeos voculae monosyllabae antecedunt. Quoties occurrant, notae numeris spondeorum subiunctae indicant.

A. *forma decens, nulli dedita, grata viro.* 1033,6.

B. *moribus et vita digna puella viris.* 1024,2.

Talia praecedunt : e—nunc, non, dum, a, vim, hoc, ac, et, hic. (vive, hospes 973,10), sit, sub, atqu(e), in, cum, heu, si, sic, ut, quod, quae, hoc, me, sum, est, lux 1125,2— sub, cui, nec, seu, o, ad, quo, iam, de, nos, haec, qui. quem — nunc, dunc— quam, his, sed, quos, vel, post, per, ex.

Hae voculae cum Ovidio ita consentiunt, ut minoris momenti sint; graviora sunt rarissima.

b) de **anapaestis.**

A. *deficiant oculos lumina cara suos.* 1041,6.

B. *Thallusa hoc tumulo condita luce caret.* 1041,2.

Etiam anapaestos verba monosyllaba interdum praecedunt; qua re quaedam membrorum congruentia efficitur. Eaedem voculae occurrunt quae in spondeis; graviores sunt spes, ius, mens.

c) de **molossis.**

hanc tibi nascenti fata dedere domum. 1021,4.

d) de **choriambis.**

fusus in Elysia sic ego valle moror. 1111,18.

e) verba **pluribus** e **syllabis** vel **aliis** e **pedibus** composita. Cum Ovidio collata paulo creverunt. incorrupto 1012.2; Epicureio 961,2; Atimeti 995,A 10; amicorum 1064,2; interveni. 1091,92; intercessit 1093; festinato 1196,2; inauditu 383,5; Russellano 865,4; viatorum 878,4; litaturo 878,10; reportantes 1552B,10; inmatura; 1260,3; interruptum 899,2; sacerdotis 900,14; triumphalis 906,4; superfusi 1362,4; ministerium 1376,4; apostolicae 1377,12; paradisiacas 1387,24; decepturus 1400,6.

f) de verbis **monosyllabis.**

a] *peream, sine te si deus esse velim.* 997,2

Vis inest in *sine te*, ita ut anapaesti loco haberi possit.

cur gaudia differs
spemque foves et cras usque redire iubes? 949,2.

Vis soni collocata est in *cras* quod *et* particula arte coniunctum spondeum efficit.

Post obitum satis hac femina laude nitet. 1030,4.
Natalis quia nos septimus ussit amor. 1032,4.

Plura exempla non afferam. Plerumque illae voces in unum verbum sive spondiacum sive anapaesticum coalescunt. Raro accidit, ut monosyllabum gravioris ponderis sit:

Cesserat ex animis nati dolor; et *unus utrisque*
spiritus, unica mens, consona cuncta domus. 1395B,20.

g) Relicum est, ut de pentametris **iambicis** agam.

Primum ab Ovidio maiore numero, deinde rariore illius artificii usu, quod huius poetae pentametris tantam vim tantumque ornamentum affert, differunt.

Numeros iam attuli, pauca exempla addam.

α) exempla, quae a **ceteris pentametris non** differunt.

Occidit ante patris funera maesta sui. 1106,8.
Rustica cara suis: sit tibi terra levis. 1124.
terdecimoque die perdidit orba satum. 1163.4.

β) pentametri, qui in **sententiarum serie vel exemplum addunt vel sententiam variant.**

Non ego Tartareas penetrabo tristis ad undas, 1109,19.
non Acheronteis transvehar umbra vadis,
non ego caeruleam remo pulsabo carinam
nec te terribilem fronte timebo, Charon,
nec Minos mihi iura dabit grandaevus et atris
non errabo locis nec cohibebor aquis.

Dic nepos, seu tu turba stipatus Amorum 1109,31.
laetus Adoneis lusibus insereris,
seu grege Pieridum gaudes seu Palladis [arte,
omnis caelicolum te chorus exc[ipiet.
si libeat thyrsum gravidis aptare corymbis
et velare comam palmite, Liber [eris.

γ) exempla in quibus **pentameter** rem **hexametro graviorem addit.**

Haec dona unguentis et sunt potiora c[orollis, 1109,45.
quae non tempus edax, non rapi[t ipse rogus.
Ars nobi]s et vera fides duo cum bona constent, 922,2.
cede]t livor iners, fama perennis erit.
Praeteriens, tendis quocumque ex urbe, sepulcrum 1214,2.
fleto: parva morast: tu quoque flendus eris.
Quid miseri fletis solito de more parentes? 1223,6.
omnes aeque rapit Ditis acerba manus.
Egit, ne sterilis Romam consumeret annus, 1374,10.
nunc orando fugans nunc miserando famem.

δ) **pentameter** ipse **rem graviorem exprimit.**

Haec ridenda mihi est, hic lacrumandus erit. 1128,2.
deserit illa patrem, deserit illa virum. 1281,4.
cum quo Roma potens, quo sine pressa iacet. 1385,18.
mortem ferre tuam mors mihi [semper erit. 1338,4.
crux est vita mihi, mors, inimice, tibi. 921,1
spiritus astra petit, corpus in urna iacet. 1392,4.
nam, quae grata forent, sunt modo flenda diu. 1401,6.
dissona verba quidem, sed tamen una fides. 1842,6.

His exemplis allatis huic parti finem facio. Maxime notandi sunt pentametri iambici. Sunt qui vi et gravitate careant; alii negari non potest quin satis eleganter dicti sint. Hi pentametri maximam partem in carminibus melioribus, saepius etiam in Christianis occurrunt.

2) Clausulae **trisyllabae.**

	claus. num.	spond.	anap.	mol.	chori.	iamb.	monosyll.	plur. syll.v.
carm. ant.	5	2_1	1	—	—	2	—	—
carm. Pomp.	4	2	—	1	—	1	—	—
pr. saec.	99	44	25	9	4	13	4	—
alt. „	41	15_7	6_8	8	3	8	1	—
tert. „	69	35_{12}	12_4	7	3	8	3	1
quart.-sept. „	10	5_1	1	1	3	—	—	—
fragm.	11	5_2	—	6	—	—	—	—
carm. Christ.	57	25_8	8_8	7	3	11	1	2

Trisyllabarum et bisyllabarum tabulis comparatis aliquod discrimen invenies. Hic, in bisyllabis, spondei verbi gratia dimidiam fere partem attingunt, illic plus tertiam partem obtinent. Anapaestorum numerus decrevit: 53. In bisyllabis eidem distichorum numero anapaesti fere 90 respondent. Molossi et choriambi consentiunt. Jambi aucti sunt (43); eidem numero in bisyllabis respondent 30

a) de **spondeis.**

A. *Docta loqui doctus quique loqui docuit.* 1251,2.
B. *vivit et hic nobis ut Cato vel Cicero.* 1251,4.

Quod exemplum etiam hic spondeum interdum verbum monosyllabum antecedere demonstrat.

b) de **molossis.**

cum te in conspectu non habeam comitem. 1187,10.

e) de **anapaestis.**

A. *Quos semper colui viva libente animo.* 1036,8.
B. *sed pia pro meritis sponte sua posuit.* 1008,2.

Pulcherrima autem forma fit, si utramque clausulam monosyllabum antecedit. Quod si est, duo membra pari amplitudine opposita sunt:

Ut b]ona non meminit, seic mala ne timeat. 979,8.
sentiat ut pietas praemia qnae meruit. 1048,2.
corpora, quae rapuit, condidit hoc tumulo. 1073,2.

vixi ego dum licuit dulciter ad superos. 1082,2.
et modo quae fuerat filia, nnnc cinis est. 1158,5.
fac rata quae cupimus, fac cita que volumus. 1413B,7.

d) de **choriambis.**

A. *Sit tibi perpetuo terra levis tumulo.* 1028,6.
B. *quem lex servitii distrahit a domino.* 1140,10.
quamvis aequanimo dat, puer, ut lacrimem. 1233,10.
natus in egregiis Trallibus ex Asia. 1255.2.

Talia exempla elegantia non carent

e) de verbis **pluribus** e **syllabis** vel **aliis** e **pedibus** compositis.

Tria exempla occurrunt:

et praematuro 1233,2; *fama peregrini* 1362,2; *qui consanguineos* 1368,8.

f) de verbis **monosyllabis.**

nec scio quit nunc sim, nec scio qui[t fuerim. 1095,6.

Vis soni collocata est in „nunc" particula, „nunc sim" spondei loco haberi potest.

Si dolor infractum potuit convellere pectus
Herculium, cur me flere tamen pigeat? 1233,2.
sed forti precor hoc usque feras animo. 1285,2.

g) de verbis **iambicis.**

In hac parte iis non eadem vis tribuenda est quae in superiore, cum huic iambo clausula non iambica, sed anapaestica respondeat. Nonnulla exempla afferam.

Nardu poeta pudens hoc tegitur tumulo. 962,1.
nunc erept]a domu cara sueis tegitur. 969,6.
cum fatiare vides quam miser est genitor. 1225,4.

Hi versus vi soni, quae verbi gratia in *poéta* et in *tegitúr* inest, graviter auribus accidunt, id qucd augetur, cum clausulam vox monosyllaba antecedit.

Commiseresce, mihi da veniam ut veniam. 935,15.
protinus inde meos defluat in cineres. 995,6.
sed quaecumque fuit, tum cita non merui. 1035,6.

Maxima horum versuum pars gravitate caret. Pauci consulto ita videntur esse facti:

Illi praeda repens, huic data mors subitast.	1063,2.
sic tibi dona Ceres larga det et Bromius.	1181,7.
crux cui palma fuit, crux etiam sinus est.	906,10.
digno iuncta viro, digna simul tumulo.	1347,A18.
dices: quantus erat, qui Probus hic situs est.	1347A,2.
hoc sum fonte senex tan bene quam iuenis.	863,4.

3) Clausulae **quadrisyllabae.**

	dist. num.	spond.	anap	mol.	chori.	iamb.	monosyll.	plur. syll. v.
carm. ant.	4	1	—	—	—	2	—	1
carm. Pomp.	3	1	1	1	—	—	—	—
pr. saec.	66	36_{14}	14	4	5	2	2	3
alt. „	35	17_{7}	6_{2}	4	3	4	1	—
tert. „	44	16_{4}	10_{5}	4	6	8	—	—
quart.-sept. „	8	3	4	1	—	—	—	—
fragm.	14	4	8_{5}	—	—	1	1	—
carm. Christ.	50	15_{5}	14_{4}	8	4	7	—	2

Quod inter quadrisyllabarum et bisyllabarum tabulam intercedit discrimen minimum est. Spondei ceteris pedibus deminutis aucti sunt.

Ad **singula** accedo.

a) de **anapaestis.**

A.	*Liminibus rapuit me sibi Persephone*	1161,4.
B.	*edidit heu similes heu male dissimiles.*	1122,6.
	flebilis et misere raptus ad inferias.	1162,4.
	reddere nec manibus lumina contegere.	1168,4.
	mortis et e tumulis suscitat exanimes.	908,6.
	in]sita iam pietas redd[eret] obsequium.	1246,2.

Particula substantivo praemissa concinnitas quaedam hemistichiorum efficitur.

b) de **choriambis.**

Quis non tristitiam pectore concipiat?	1061,2.
igne deum effigies impia pollueres.	1178C,41.

c) de verbis e **pluribus syllabis** compositis.

Nulla in avaritie cessit ab officio.	959B,12.
morte immatura reddita perpetuast.	1051,2.

fata frequentatis funeris exsequiis. 1001,2.
laetus Adoneis lusibus insereris. 1109,32.

d) de verbis **monosyllabis.**

Adverseis quae me sustulit o|minibus. 970,10.
multa viae dum volt millia conficere. 979,4.
per quem si fas est vivis in Elysium. 1189,16.

e) de verbis **iambicis.**

Verbis iambicis et choriambicis inter se respondentibus congruentia membrorum et soni quodammodo adhaeret.

Concordesque pari viximus ingenio. 960,6.
His foribus carae recubant mihi coniugis ossa 1027,2.
exspectantque suis ut mea contribuam.
Hoc mihi noster erus sacravit inane sepulcrum 1185,2.
villae tecta suae propter ut aspicerem.
Tu placidus, dum nos cr]uciamur volnere victi, 1233,12.
et reparatus item vivis in Elysiis.
tunc iacuere simul Nisus et Euriatus. 1848,6.
hic est verus honos, haec tua nobilitas. 1348B,10
purpureusque nitor, quam brevis, evanuit. 1431,8.
heu quam vita brevis, quam breve coniugium. 1448,5.

In iis, quae extrema attuli, exemplis hemistichia modo rhetorico acriter opposita sunt; hi versus non sine elegantia currunt.

VI. De prioris hemistichii elisione.

Quicumque aliquot Vergili Aeneidos paginas perlegerit, elisiones in huius poetae hexametris non raras esse inveniet. Ovidius ab Vergilio ita differt, ut elisionem multo rarius admittat.

Hac in parte, quomodo apud eum prioris hemistichii vocales elidantur, ostendam. Quod ut cognoscas, tabulam librorum, in quos inquisivi, facio.

	I thesis	II arsis	II thesis
Am. I	8	7	3
Her. pr. sex ep.	10	7	8
Trist. I	4	8	1
	22	22	12

Prima thesis et altera arsis eundem exemplorum numerum habent. Tertiam arsim in tabula non posui; exempla talia sunt: duro est, caesa est, pavido est, ingenii est.

Primum numquam syllabam longam, deinde semper fere e breve elidi notandum est. Syllabas longas igitur in priore pentametri hemistichio elidere Ovidius dubitat, in hexametris ceterorum poetarum exemplum secutus est.

Quomodo in hac re **carmina epigraphica** ab Ovidio recedant, tabula illustrabo.

	elision. num.	I ars.	I th.	II ars.	II th.	III ars.	syll. long.	brev.	m
carm. ant.	4	—	2	1	1	3	2	2	—
carm. Pomp.	2	—	1	1	—	—	—	—	2
pr saec.	73	3	18	42	7	—	11	35	27
alt. ,,	38	—	9	24	5	—	11	19	8
tert. ,,	36	—	6	27	2	1	13	13	10
quart.-sept. ,,	4	—	1	3	—	—	2	1	1
fragm.	14	1	1	12	—	—	7	1	6
carm. Christ.	32	—	7	21	4	—	9	15	8
	203	4	45	131	19	4	55	86	62

Ac primum quidem vocales omnino crebrius elidi tabula monstrat. Cum apud Ovidium in versibus circiter 1200 elisio occurrat 56ies, in eodem carminum epigraphicorum numero occurrit ducenties ter. Deinde non solum breves vocales, sed etiam longae eliduntur, his saepius m; in brevibus è tam crebro

quam à eliditur. Longarum elisio, cum syllabarum quantitas labefactari coepta est, increbrescit. In his omnibus rebus aliter se habent carmina Christiana.

Primae arsis exempla:

cum ad mortem matris. 970,8
quo inferrer tum cum. 1054,2
cum ante alios vernas. 1058,8
cum ad mortem matris. 1544,2

Haec exempla in carminibus deterioribus insunt.

Prima thesis, quae apud Ovidium eodem numero quo altera arsis valet, recedit; partes eius altera arsis suscipit, in qua elisio multo saepius occurrit quam ceteris locis omnibus; quae res eo explicatur, quod multa huius elisionis exempla in carminibus deterioribus insunt.

Tertiae arsis exempla qualia sunt: passa est, durum est omisi; elisiones ante alias voculas adnumeratae sunt: vitae et 986,8; lapide hoc 1003,2; miserum ut 1044B,10; ingenium ut 1276,2.

Raro plures prioris hemistichii elisiones occurrunt ut „*atque idem optamus*“ 1075,10; *antiqui atque Erebi* 920,2.

Interdum in uno pentametro elisio prioris et alterius hemistichii inest ut

Aeternam in pacem, unde erat, et rediit. 1431,12.

Non sine omni elegantia hic pentameter currit:
fáta animam dederant fáta eademque negant. 1041,8.

VII. De alterius hemistichii elisione.

Romani cum vocales in versu elidere non dubitarent, tamen elisionem ab altero pentametri hemistichio paene exclusere. Id quidem de pentametri forma perfecta, non item de forma nascente dici potest. Quantum intersit inter **Catullum** et **Ovidium**, quis est qui nesciat! In altero hemistichio apud **Catullum** primum non una, sed plures elisiones occurrunt ut „*atque alia atque alia*". Deinde vocales longae eliduntur ut „*mi omnia nata bona*"; postremum non raro, sed saepe elisiones versum currentem retardant. Aliter quidem apud **Tibullum** res se habet. Primum elisionum paucitas notanda est, deinde longae vocales „*se implicuisse volet*" excepto non eliduntur. **Propertius** paulo crebrius elisionem admittit, in libro primo 6ies, in altero 28ies, in tertio 18ies, in quarto 12ies. Cum in altero libro quartam, ut hoc verbo utar, moram praeferat, in libro tertio res contraria accidit, tertia mora quartam superat, id quod magis etiam in libro quarto apparet.

Jam ad **Ovidium** oculos convertamus.

Hilbergius[1]) in libro, quem de Ovidi pentametro confecit, omnes huius poetae elisiones congessit; quare iterum ponere omitto. Pauca solum exempla et nonnulla de vocalibus elisis et de locis, quibus elisiones occurrunt, addam.

1) Vocales **breves** eliduntur hae:

	elision. num.	è[2])	à	ì	um	am
Am.	10	9	—	—	—	1
Her.	20	14	3	2	1	—
Ars	8	6	1	1	—	—
Rem. am.	4	4	—	—	—	—
Trist.	9	7	—	2	—	—
Pont.	16	15	1	—	—	—
Fast.	15	14	—	1	—	—
	82	69	5	6	1	1

---

[1]) Hilberg, die Gesetze der Wortstellung im Pentameter des Ovid, Leipzig 1894.

[2]) Cum signa ad vocalium quantitatem significandam usitata desint, his notis utor: vocalis longa non significatur; brevis hoc accentu : \` ; vocalis vel longa vel brevis ita ¨; syllaba positione longa hoc accentu '.

è ergo ceteras vocales longe superat; in Arte, in Ponticis, in Fastis „è“ eliditur 39ies; inest in particula „que“ 11ies, in infinitivo 14ies, in praepositione „sine“ quinquies, in imperativo ter, in ablativo bis.

2) Vocalis **longa** eliditur in hoc versu:

Et tu continuo, certe ego salvus ero. Her. 19[20]178.

(Sed quaeritur, num versus recte se habeat.)

In **singulas moras elisiones** sic **distributae** sunt:

III m.	IV m.	V m.	VIII m.
6	35	38	3

Exempla octavae elisionis, quae est rarissima, afferam:

Quis scit an et saevas tigridas insula habet. Her. 10,86.
Quadriiugos cernes saepe resistere equos. Trist. IV 2,54.
Ad sata fontanas, nec pudet, addere aquas. Pont. I 8,46.

Cf. Propertium.

Ad vulgi plausus saepe resistere equos. III 3[4],14.
Ut solum cocto tolleret aggere opus. III 10[11]22

His praepositis ad **carmina epigraphica** accedo.

1) In carminibus **antiquissimis** duo exempla insunt:

praedita amans animo.	959b,10	à — à	IV m.
igne et aqua Stygia.	960,8	è — è	III m.

2) In carminibus **Pompeianis** exempla insunt quattuor:

tabificantque animum.	934,4	è — à	VII m.
tradere utei liceat.	935,2	è — ù	IV m.
condere uti liceat	935,12	è — ù	IV m.
da veniam, ut veniam.	955,15	am — ú	V m.

3) Carmina epigraphica **primi** post Chr. n. **saeculi** usque in **tempora Traiana** exempla habent 28.

cara Homonoea, libens.	995B,16	à — hò	
suave homine Spurio.	973,8	è — hò	
viva anima deus sum.	975,4	à — à	7
morte aliena salus.	995B,14	è — à	III m
fata eademque negant.	1041,8	à — è	
terram optate levem.	1017,4	am — ó	
velle imi[tare] deum.	925,2	è — ì	

seic ego amoena fui.	967,2	ò — à	8 IVm.
funera acerba dedi.	977,2	à — à	
nunc tibi iter minui.	982,2	ĭ — ì	
arcula ace[rba tenet.	997,2	à — à	
parui in officiis.	973,6	i — ì	
parcito et ipse tuos.	1020,3	ŏ — è	
non leve amicitiae.	1103,2	è — à	
tem]pora iniqu[a nimis.	1079,1	à — ì	
me cinerem esse rogi.	972,4	em — é	9 Vm
tu gemitum adsiduom.	1002,2	um — á	
mors ipsa eripuit.	1004,2	à — e	
quod domino erípuit.	1007,6	o — e	
imposui ipse pyra.	1034,2	i — í	
deposui hanc animam.	1084,4	i — há	
deposui heic animam.	1083,4	i — hei	
ingenio aequales.	1058,2	o — ae	
filiolam e manibus.	1076,4	am — e	
viva libente animo.	1036,8	è — à	4 VIIm.
reddidit ipsa animam.	1076,8	à — à	
tempore rapta abiit.	1090,2	à — à	
quae loca sancta Erebi.	1165,2	à — è	

Ut paucis de huius aetatis elisionibus referam, elisio pro numero pentametrorum crebro admittitur, numerus cum Properti libro altero, qui 28 elisiones habet, consentit.

Rationes vocalium hae sunt:

a) vocalis longa eliditur 6ies, i quater, o bis.

b) vocalis brevis eliditur vicies: è 5ies; à 10ies; ò, um, em semel, am bis, praeterea ĭ, ŏ semel.

Si apud Ovidium in tanta pentametrorum multitudine semel vocalis longa eliditur, quantopere haec carmina ab Ovidio recedant, intelleges. De brevibus hoc addendum est: Cum Ovidius inter 39 elisiones 35ies è elidat et à bis, in his carminibus à elisum è longe superat et eodem fere numero valet quo ceterae vocales omnes.

Elisionum numerum singulis primi saeculi decenniis vel auctum vel deminutum esse carmina epigraphica non docent.

Hoc unum dignum est quod afferam: In carminibus 1109—1165, quae extremae primi saeculi parti ascribenda esse censeo, elisionis unum exemplum habes: *quae loca sancta Erebi* 1165,2. Num alterum et tertium saeculum in elisionibus deminuendis longius processerint, ea, quae secuntur, demonstrabunt.

4) Carmina epigraphica **alterius** saeculi.

atque agitare feras.	1175,4	è — à	III m.
	cf. Prop. 1,1,12.		
ponere et ipse tibi.	1190,7	è — è	5 IV m.
coniuge et ante suo.	1216,2	è — è	
huic quidem Athenaidis.	1549,12	em — à	
dicere Apollineus.	1590,3	è — à	
nomina ut ipse legas.	1549,10	à — ù	
linquo novem atque decem.	1225,2	em — á	3 V m.
et patria interiit.	885,2	a — í	
nate dàre exsequias.	1549,8	è — é	
credimus esse aliquit.	1190,3	è — à	4 VII m.
aut dolor una obiet.	1225,10	a — ò	
sed graviora Asia.	884,1	à — à	
clarus ubique acie.	1327A,10	è — à	

Elisio occurrit 13ies, longa vocalis bis eliditur. Ceteris ex vocalibus eliditur è 7ies, à bis, praeterea „em“ bis.

5) Carmina epigraphica **tertii** saeculi.

te incolumi vigui.	1289,4	e — í	II m.
	cf. Tibull. I 4,56, Prop. III 6,10.		
poena hominis miseri,	1281,2	à — hò	4 III m.
una aliquando domus.	1293,2	à — à	
pulchra anus in subolem.	888,6	à — à	
nostrum animum accipias.	873,4	um — à	
cur ego et ipse moror,	1493,3	ò — è	IV m

univira unanimis.	1306,4	à — u	6 VII m.
quod votui es[se bonus.	1244,6	i — é	
ne subito esuriam	1247,2	ŏ — e	
quod subito occidimus.	1253,5	ŏ — ó	
quae peperi et perii	1334,4	i — é	
nostrum animum accipias.	873,3	um — á	

corde plicata inerat.	1233,6	à — ì	5 VII m.
nec tenuere animam.	1248,4	è — à	
corporis atque animi.	1311,2	è — à	
quaerite fontem animae.	1559,14	em — à	
vitaque morsque ilidest.	1559,à6	è — ì	

Elisio occurrit 17ies; vocales longae eliduntur ter: e semel, i bis; „ŏ" bis. Ceterarum vocalium elisiones habes: à 5ies, è ter, ò semel, „um" bis, „em" semel.

6) Carmina a **quarto** usque ad **septimum** saeculum unum exemplum habent:

quem mihi inesse negas.	892,2	ĭ — ì	IV m.

7) Carmina e **fragmentis** collecta.

aut cito acerva ruunt.	1490,2	ò — à	4 IV m.
aut cito acerva ruunt.	1542,8	ò — à	
fataque acerba lege.	1537A,2	è — à	
condita ab officio.	1538,4	à — à	

morte quoque esset prior.	1478,2	è — é	5 V m.
constitui ac lacrimans.	1487,2	i — á	
morte neque utilius.	1493,1	è — u	
mirifico ingenio.	1557,5	o — í	
magnifiço ingenio.	1557,2	o — í	

ludificate alios.	1498,2	è — à	VII m.

Elisio occurrit 10ies; vocales longae eliduntur ter: i semel, o bis. Ceterarum vocalium elisiones hae sunt: à semel, è quater, ò bis.

Elisionis usum ab altero ad quartum saeculum deminutum esse dici non potest. Numerus exemplorum minor minore distichorum numero explicatur. Vocales longae, ubi semel vetus syllabarum quantitas labefactari coepta est, facilius elidi poterant. E breve, si totum spectas, ceteras vocales superat. Septimae morae elisio per haec saecula decies occurrit. Hanc elisionem semper ante clausulas trisyllabas esse valde memorabile est. Elisionem paene obsolevisse arbitrere, si inter quartum et septimum saeculum unum exemplum videas. Idem de carminibus Christianis dici potest. De quibus priusquam agam, unum ex horum temporum poetis inseram.

Aviani carmina.

Hunc poetam in clausulis constituendis diligentissimum fuisse vidimus. Quaeritur, num eadem in alterius hemistichii elisionibus diligentia usus sit. Apud Baehrensium elisio ter occurrit:

scite abolere cupit.	14,12
nam domitam esse feram.	24,8
se pretium esse docet.	39,8

Sed Baehrensii adnotationes codices alia exhibere docent. Baehrensius adnotat:

1) *sic abolere* . . .	scripsi „*scite*".
2) *nam docet esse* . .	scripsi „domitam".
3) *se docet esse prius.*	Adnotat: correxi.

In Aviani fabulis igitur elisiones non infuere, sed a Baehrensio illatae sunt. Sed priusquam ad verba poetae emendanda aggrediare, praestare iudico verba tradita interpretari. Me iudice illi loci recte se habent, neque Baehrensii mutationibus opus est; imprimis „scite", quia vocalis longa est, Aviano tribuere nolo.

8) Carmina **Christiana.**

Elisionis usus decrevit, quattuor solum exempla in hac distichorum multitudine insunt.

unde erat et rediit.	1431,12	è — è	III m.
hunc tumuli esse locum.	907,4	i — é	V m.
Elysium ingrederis.	1443,1	um — ín	V m
transtulit hora animas.	1438,10	à — à	VII m.

Longa syllaba eliditur semel, praeterea è, à, um.

Orientii carmina.

Quod supra elisionem decrevisse dixi, idem de Orientio dici non potest. Ut in clausulis minus diligens est, ita in alterius hemistichii elisionibus. In priore libro elisiones habet 17, in altero 11. Semper vocales breves eliduntur, in libro priore è 11ies, à 5ies, um semel, in altero è 6ies, à quater, ì semel. In ducentis primis prioris libri versibus elisio occurrit 10ies, in quadringentis undeviginti qui secuntur 7ies, cum liber alter, qui versus habet quadringentos sedecim, 11 elisiones admittat. Orientii ergo ars in altera prioris libri parte et in libro altero limatior est.

In singulas moras elisiones ita distributae sunt:

	a) in libro priore.	b) in altero.
III m.	7	2
IV m.	—	—
V m.	2	1
VII m.	8	8

Observa, quoties morae septimae vocales elidantur. In numero elisionum 28 talia exempla 16 occurrunt. Haud scio an nullus poeta tam frequenter hanc elisionem admiserit; quin etiam omnia carmina epigraphica Orientius superat. Praeterea hanc elisionem semper ante clausulam trisyllabam videmus; in hac re Orientius plane cum carminibus epigraphicis consentit.

VIII. De prioris hemistichii syllaba finali brevi.

In ceteris huius operis partibus **ab Ovidio** profectus hac in parte, quia Ovidius huius generis nihil habet, statim ad **carmina epigraphica** accedo.

1) Exempla **primi** saeculi usque in **tempora Traiana.**

nec patris ac matris es miserata preces.	974,2.
neimis ut faceret, aequius hoc fuerat.	984,6.
cum sit communis omnibus una via.	998,2.
Amphio mi frater hoc titulum posuit.	1080,2.
Dorchadis inveniet ossa sepulta loco.	1085,2.
flevisset genitor, occidit ipse prior.	1100,4.
nam meus libertus hic iacet in tumulo.	1115,2.
sit tibi lux dulcis et mihi terra levis.	1125,11.
quem miserae mater illa mihi posuit.	1156,2.
quodque virum vicit, aegra dolore fuit.	1142,14.
non possum solus omnibus arguere.	924,5.
docta, opulenta, pià, casta, pudica, proba.	1136,4.

Exempla sunt numero 12; occurrunt et Romae et in provinciis. Maximam partem in carminibus deterioribus insunt. Primum exemplum, in quo vocali brevi prius colon finitur, est: *docta*, *opulenta*, *pià* etc. 1136, 4. Sed hic versus propter adiectiva, quae iuxta posita sunt, aliquam excusationem habet.

2) **Alterius** saeculi exempla.

hac Corale casta condita sede iacet.	1167,4.
quae prior occidere quam naiamira dari.	1212,10.
dum legis hoc disce ponere et ipse tibi.	1190,7.
hic cinis exiguus ossaque parva manent.	1178B,23.
et lege quod nomen hic titulus teneat.	1218,2,
mecum semper eris aut dolor una obiet.	1225,10.
dum simul occidimus, omnia despicias.	1202,5.

Exempla sunt numero 7. Tria in vocalem, ut ita dicam, brevem liberam exeunt, quattuor in syllabam brevem tectam. Accedit, ut tales pentametri etiam in carminibus melioribus insint. Membrorum concinnitatem et distichorum extremas syllabas consonantes observa in carmine 1202,3,4,5.

Quod pueri occidimus, fata querenda putas?
dum sis in vita, dolor est amittere vitam;
dum simul occidimus, omnia despicias.

3) **Tertii** saeculi usque ad **septimum** exempla.

Nec ruri pausa nec mihi semper erat.	1238,6.
ductor et ex opere postea factus eram.	1238,14.
quos nullo lingua crimine laedit atrox.	1238,26.
heus immatura mors properata tibi.	1260,3.
Celsino nupta univira unanimis.	1306,4.
et pia voce cane: Aelia Sabina vale.	489,9.
quam [mala f]ata prius er[ipue]re mihi.	560B,3.
et nullis opibus indiget ipsa domus.	1238,19.
ad superos fidus hic fuit inn[ocuus.	1245,3.
quo fato traderis, hoc seviente peris.	1339,16.
et mirum auctoris imitans vicit opus.	900,12.

Exemplo sunt 11; pro numero distichorum creverunt, occurrunt in carminibus deterioribus. Vocales breves liberae vocales breves tectas superant.

4) Exempla ex **fragmentis** collecta.

Auo[ni I]usté sit tibi terra levis.	1456,2.
si bene sive male d[icis, habebis idem.	1459,2.
C. Billienus Fructus ossibus ossa dedit.	1571,2.

5) Carmina **Christiana.**

Conditur, exultat hunc tumuli esse locum.	907,4.
cessit et ingemuit hic nihil esse tuum.	1347,B26.
et vestis tegimen his[pida semper erat.	1356,10.
culminis ductus honor hic dedit esse patrem.	1371,12.

sum tamen ut vivat hic sibi quisque facit.	1391,6.
quos taedet citius his caruisse bonis.	1391,12.
quem potuit victor hostis amare suus.	1414,16.
divis semper erat et tua larga manus.	1424,14.
discipulus carus et socius pariter.	1425B,14.
e gremio matris hoc tua digna fides.	1438C,18.
quae meritis vivit hic tomolata iacit.	1447,2.
istic virtutis adque dei famulam.	1446,2.
quo fumus squalebat, ara sacra micat.	1448,8.
non placeat gemere, quod celebrare decet.	1389,22.
communi se[de regna] beata tenes.	1392,4.
aeternam in sede nominis Ithacii.	1397,2.
in tu]mulo posita pace quieta iacet.	1418,4.
si mihi vita proba, si tibi cura mei est.	1443,5.
vel bona vel probra omnia morte canunt.	1389,4.

Exempla sunt 19; pro portione distichorum numeri aucta sunt. Maximam partem in carminibus melioribus occurrunt. Vocales breves liberae recedunt (6 : 13).

Carminum epigraphicorum exemplis allatis breviter quaestionem tangam, quando haec res in litteras disertas, in poetarum carmina se insinuaverit.

Rerum metricarum scriptores Graeci pentametrum, duobus ex colis compositum, unum versum iudicaverunt. In his exemplis Graecis caesura neglecta est:

ἱερὰ νῦν δὲ Διοσ | κουρίδεω γενεή. Callimach. fragm. 192 Bentl.
ἡμεῖς δ' εἰς Ἑλλήσ | ποντον ἀπεπλέομεν. Mar. Victorin. 3,6,1.

Hi versus eo, quod a forma usitata recedunt, duo pentametri cola artissime cohaerere ostendunt. Si poetae et metrici versum duobus ex membris constantem etiam in duos versus dividi voluissent, in fine prioris coli syllabam ancipitem illos ponere, hos probare aecum erat. Sed veteres rerum metricarum scriptores syllabam ancipitem non admisere, quamquam silentio praetermittere nolo apud Theognidem in fine prioris hemistichii exempla et syllabae brevis tectae et liberae et hiatus occurrere, sed hoc rarum est. Metrici recentiores, non omnes quidem, sed nonnulli, veterem doctrinam mihi videntur mutavisse.

Terentianus Maurus hac de re in carmine his verbis loquitur: Keil VI p. 376,77, v. 1777 sq:

Quidam quia gemino constat de commate versus,
cludere comma prius non timuere brevi,
ut sit pentameter talis, qualem modo fingo,
hoc mihi tam grandè munus habere datur,
aut qualis supra versus peccare videtur,
si fiet talis „incipe Maenalios“.
nam referre nihil, sit qualis syllaba fini,
commataque hoc ipsum iuris habere volunt:
idcirco et verbo nunquam uno cola ligari,
ut constet parti finis utrique suus.

Confer etiam Marium Victorinum III 5,20: „Observabis autem, ne novissima syllaba prioris coli brevis sit, quamvis quidam non sunt deterriti, quin brevi syllaba prius colon concluderent.“ Adde Diomedem p. 503.

Utrum hi metrici de pentametro meditati an certa poetarum exempla ante oculos habentes veterem doctrinam mutaverint, incertum est. Exempla exstitisse credere non absurdum est.

Ut nos, ita etiam metrici exempla in titulis, in inscriptionibus invenire poterant; in titulis primi saeculi occurrere supra vidimus. Quaeritur, quis poeta primus syllabam brevem admittere ausus sit.

Hic poeta est **Propertius.** Apud eum exempla codicum auctoritate firmata occurrunt haec:

Vinceris aut vincis, haec in amore rotast. II 8,8.
haud pudor ingenuus, haud reticendus Amor. II 24,4.
per tenues ossa sunt numerata cutes. IV 5,64.

His de versibus confer editionem Rothsteinianam [1] I p. 191, 224, 282, II 211, 242.

Quartum exemplum ponit:

et texit galea barbara molle caput. IV 3,44.

Adnotat: *„galea“ hic nominativus sit necesse est,* quod mihi quidem non ita liquet.

Propertius igitur primus talia ausus est; **Ovidius,** quamquam eodem hexametri loco, in pentametro syllabam brevem non admisit.

---

[1]) Die Elegien des Sextus Propertius, ed. Rothstein, Berlin 1898.

In iis, quae secuntur, alia exempla afferam, sed plura afferri posse iudico, si editiones semper codicum scripturam offerrent. Apud Martialem verbi gratia duo exempla inveni, sed qui diligentius in hanc rem inquirere vult, editoris verba cum codicum scriptura comparare debet.

Martialis.[1])

Si cupis Alcidae cognoscere facta prioris,
disce: Libyn domuit, aurea poma tulit. IX 101,4.
Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo
Lesbia plorabat, hic habitare potest. XIV 77,2.

Pentadius.

Natarum adflicta Tantalis est numero. Baehr. IV 269,4.
atque animae prima lux cito summa datur. IV 408 (vers. corr)

Porphyrius.

Torpuit oppressus Amphitryoniadis. Baehr. IV 269,4.
concessit semper huic pater omnipotens. IV 269,8.
pondere suspirat hoc deus omnipotens. IV 269,28.
munere si blandus haec tenet Endymion. IV 269,22.

In uno Porphyrii exemplo nomen proprium haud parvae amplitudinis caesuram sequi notandum est. In ceteris exemplis sequitur „h", quod hoc tempore iam vim consonantis acceperat, sed considera Properti exemplum

Exempla fortasse antiquiora insunt in versibus a Baehrensio **Senecae** attributis

Qui tibi me dederat, idem et ademit amor. IV 61,6.
hoc terrae fiat, hac mare dixit eat. IV 71,10.
debet: qua rapuit, hac reparanda viast. IV 73,16.

Senecaene exempla tribuam, quem summa cum diligentia versus suos confecisse constat? Hic consilium haeret. Fieri tamen potest, ut syllabam brevem in fine prioris hemistichii admiserit Quod licet Propertio, licet Senecae.

Tertii vel quarti saeculi exempla attuli. Aliorum poetarum pauca exempla ponam.

---

[1]) Martialis: ed. Friedlaender.

Apud **Ausonium** 14 exempla occurrunt:

quoque magis solus, hoc mage maestus ago. XV 11,14.

Avianus, quem diligentissimum cognovimus, in hac re ab Ovidio dissentit. Certe 10 exempla habet.

incertum que vagus amnis habebat iter. 11,6.
tam diversa duo cui simul ora ferat. 29,22.

Ex hoc tempore, sub quintum p. Chr. n. saeculum plurimi poetae syllabam brevem in fine prioris hemistichii admittere non dubitaverunt; plurimi dico, nam apud **Paulinum Nolanum** exemplum non inveni; sed exstant exempla apud **Sedulium, Dracontium, Orientium.**

In **Poetis Latinis Minoribus** et in **Anthologia Latina** circiter 40 exempla occurrunt, et si carmina **medii aevi** inspexeris, hos versus crebrius etiam et vel ab optimis poetis confectos esse invenies.

IX. De hiatu, qui est inter prius et alterum hemistichium.

Prima huius rei exempla, quam apud Catullum et Ovidium frustra quaeras, in carminibus epigraphicis insunt.

1) **Primi** et **alterius** saeculi carmina.

Tu vendes acuam et bibes ipse merum. 930,2, Pompeis.
aeternum patriae hic erit ipsa domus. 1005,2, Mogontiaci
funus et exstructa imposui ipse pyra. 1034,2.
Junia castarum hoc es in orbe decus. 1038,4.
hoc solum proli hoc peperere solum. 1164.10.
hortulus hic Vari, est opus Alcinoi. 886,1.

Antiquissimum fortasse exemplum Pompeianum est. Pentameter ut est, non ut correxere, intimos hominis de plebe sensus exprimere videtur.

2) **Tertii** et **quarti** saeculi carmina.

Augusti liberte sacro hoc tibi Metrobie. 1189.2
in quorum titulo hic datur esse locus. 1216,14.
perfuncti fato hic tenuere locum. 1218,4.
et pia voce cane: Aelia Sabina vale. 489,9.
constitit ad finem ultima[que h]ora nitor. 1189,10.
explicuit fatum et tenet hunc tumulum. 1283,6.
coniugio aeterno hic quoque nunc remanet. 1325,2.
Celsino nupta univira unanimis. 1306,4.

3) Carmina **Christiana.**

Qui victus gemitu hec tibi verba dedit. 1357,2.
hanc ideo tabulam obtulit Eusebia. 1359,10.
illos eloquio, hos satiabat ope. 1371,16.
restituit Cristo innumeros populos. 1368,14.
Innodium leti hic sopor altus habet. 1369,2.
vel bona vel probra omnia morte canunt. 1389,4.

moribus, ingenio et gravitate nitens. 1390,6.
aeternam in pacem, unde erat, et rediit. 1431,12.
dextram obtineam effugiamque levam. 1562,8.
fimbria parentum altera flamma cremas. 1405,12.
quam rapuit saeclo, hanc dedit ipsa polo. 1389,20.

Haec exempla et Romae et in provinciis occurrentia cum re, quam supra tractavi, comparata multo rariora sunt. Singulis temporibus non creverunt. Decies hunc hiatum ante pronominis demonstrativi formas esse notandum est. Eratne causa littera h, quae vim consonantis assumpserat? Primum vel secundum exemplum Mogontiaci repertum est; quae res pro h litterae mutatione loqueretur, sed etiam Romae primo saeculo exempla inveniuntur. Causa fortasse alia est. Si verbi gratia haec exempla perlegis,

„hoc solum proli hoc peperere solum"
„perfuncti fato hic tenuere locum"

gravitatem quandam in pronominis demonstrativi formis collocatam esse sentiés. Gravitate hae formae affici non possunt nisi loco gravissimo positae. Locus autem gravissimus mihi videtur esse is, qui caesuram subsequitur; vox mora facta viribus recentibus iter interruptum pergit. Itaque gravitatis causa has formas ita collocatas esse censeo. Item eaedem formae saepe post clausulas prioris hemistichii breves occurrunt. (cf. **Properti** illud *„vinceris aut vincis, haec in amore rotast")*.

Ut hiatus in carminibus epigraphicis rarius quam syllaba brevis admissus est, ita etiam apud poetas huius rei exempla minus frequentia sunt.

Ausonius habet exemplum incertum:

quae sine exemplo invice functa viri. XV 32,6.

Lugd. *exemplost*. Ita me iudice Ausonius scripsit.

Avianus duo exempla habet:

quam ferus in domini ora sequentis erat. 28,16.
Inmemor illa sui „amphora dicor" ait. 41,8.

Sedulius: [1])

salvantur cuncti unius ob meritum. hym. I 6.

---

[1]) Sedulius corp eccl. Lat. vol. x. ed. Huemer

Luxorius:

da pretium, ne te oderis ipsa simul. PLM. IV 516,2.

Poetae igitur meliores hiatum vitasse videntur. Ausonius syllabam brevem in fine prioris hemistichii admittere non dubitat, hiatum spernit.

Plura exempla, 25 circiter, in Poetis Minoribus et in Anthologia Latina insunt.

Crebriora exempla apud poetas **aevi Carolini** [1] invenies. Si tomum primum inspexeris, omnes fere poetas hiatum admisisse videbis ut

Bonifatium p. 16, II 2.

ymnos namque dei, ymnica dicta viri.

Paulum Diaconum p. 37, II 4.

fulgida lux secli, euge, beate pater!

Alcuinum p. 219, 56.

spargeret ut lucem altius illa piam.

---

[1] Poet. Lat. aevi Carolini, ed. Duemmler.

X. Varia.

In hac extrema parte digna quae commemorentur nonnulla afferam.

1)

deducta et fatali igne et a[q]ua Stygia. 960,8.

Anchialo, quem cura anxia debilitat. 973,4.

commune hoc [mon]um[entum illius at[q]ue viris]. 1286,2

Talia Catullus saepius habet; apud Propertium duo exempla occurrunt:

quaerere non impune illa rogata venit. I 5,32.

Herculis Antaeique Hesperidumque choros. III 22,10.

2)

carmen 963. Gavisus sum cum hoc de carmine Rossium mecum consentire viderem. Plane enim **Commodiani**[1]) memoriam revocat, ita ut in eo primum horum versuum vestigium inesse existimem. Aspice verbi gratia primum versum:

O iucundum lumen|superum etc.

Similia initia apud Commodianum sunt.

Visitari voluit terram ab angelis istum. Instr. I 3,2

blandiendo vobis subrepsit Evae seductor. Instr. II 29,7.

occidamus iustum! dicturos esse Judaeos. Apol. 272.

ipsi se subsannent, videant cum impetum in illo. Apol. 506.

Alia carmina, quae Commodiani memoriam revocent, sunt 900, 1360, 1448 multique versus singuli; plerumque a Commodiano ita differunt, ut versus magis etiam a forma usitata recedant. Apud Commodianum quo vult modo hexametrum aliquis scandat, in his versibus initium et finis hexametri formam imitantur, sed medius versus dehiscens in sermonem cotidianum transit.

3)

florenti si non succederet invidia. 963,2.

---

1) Commodianus: corp. scr. eccles. lat. vol. XV, ed. Dombart.

Verbo, quod alterum hemistichium incipit, syllaba praemissa est. Talia exempla in carminibus epigraphicis interdum occurrunt:

Anchialus dulcis cum *suave homine Spurio.* 973,8.
cru*dele pater funus nati vidisse videris.* 971,5.
ac*cepta et cara sueis: mortua hic ego sum.* 974,3.
set mecum coniunx si *vivere nolueras.* 1265,3.
fatalis mihi hora manebat
quae *coniugio dulci distulit illa tuo.* 1295,4.
tale co speres et *ipse venire diae.* 1319,3.
sanc*tique tui manes nobis petentibus adsint.* 653,4.
tan*taque farınequeo, quanta insunt gratiae opes.* 709,12.
sic *inde tibi merito tanta est concessa potestas.* 787,47.

Etiam a Commodiano hexametris saepius syllabam praemissam esse iudico.

Sunt *alia praeterea et daemonia procul a fanis.* Instr. I 16,11.
par*atus ad epulas et refugis dei praecepta.* I 23,9.
mor*temque similiter sicut nos iudicabam adesse.* I 26,26.
in*iqua si quis vestrum non crediderit morte perisse.* I 40,7.
delere proposuit universa paene creata. Apol. 160.
quo *usque veniret dominus, propheta canebat.* Apol. 241.
venite, mittamus lignum in pane! dicentes. Apol. 274.

Syllaba hexametro praemissa etiam in nostris litteris occurrit.

Emp*fangt mich, heilige Schatten, ihr Wohnungen süsser*
Entzückung. von Kleist, Frühling

4)

mors intervenit, quae facet, *ut ab utroque vacem* 1094,2.

„*quae facet*“ insertum est; itaque „*nunc*“, quod in huius versus exemplo est, mutatum est. Hoc exemplum traducat ad multitudinem eorum, quae **verbis iniunctis** vel **praemissis versum amplificant** et ita deteriorem reddunt.

a) **nomen insertum** vel **praemissum** est.

et precor, ut dicas Antispore, *sit tibi terra levis.* 1193,3.
Lucius et Claudia quod *sunt me dignati munere perpetuo.*
1256,3.

q]ui sibi moxque su[ae] nutrici Marciane, item
Verinae conlactiae *haec monumenta dedit.* 1278,8,9.

b) plerumque accidit, ut **pentameter non** usque ad **semiquinariam,** sed ad **semiseptenariam pertineat** vel longius etiam procedat.

hos modo proiectos subito praecipitatque premit. 950,7.
resti]tuit cultu sedes et dedit ossa lŏco. 1126,2.
de]bita libertae Chilae reddidit et meritae. 1126,4.
oro ut praeteriens dicas: sit tibi terra levis. 1451,3.
(cf. 1557,2; 1558,3; 513,7; 513,11; 516,4.)
Parcae crudeles nimium properastis
rumpere fata mea. 1156,4.
légibus ótio súm perpétuo tradita:
hàec mihi vita fuit 1567,2.
(**versus in Commodiani modum factus**).
lector discedens dicat: Crocine, *sit tibi terra levis.* 1566,6.

c) versus pertinet ad **semiseptenariam, alteri hemistichio** complures **syllabae praemissae** sunt.

nunc recipe me saxe libens; tecum *cura solutus ero.* 1580,6.

d) **Initium** et **finis** versus **bene currunt,** sed **medius** versus **rhythmum sermonis cotidiani secutus** in **pentametri** rhythmum influit.

assibus hic bibitur, dipóndium si déder*ís melióra bibés.*
Pomp. 931,1.
Verba inserta quasi tribus ex iambis constant; pro quarto iambo sequitur posterius pentametri hemistichium.

te lapis, obtestor: né puéllae téne*raé gravis esse velis.*
1540,5.
Verba tamquam ex sestertio trochaeo constant; pro quarto pentameter sequitur.

sed ego infelix, quí te tálem *carui ecce modo.* 1578,5.
cu]m fatum tulerit una éius mécum *condere ossa loco.*
967,8.

Verba inserta rhythmum sermonis pedestris secuntur.

e) Sed etiam res contraria accidit, versus **non amplificatur,** sed **deminuitur,** ita ut in priore hemistichio pro metro dactylico metrum iambicum sit.

supér canéntis carmine doctiloquo. 1557,6.

piús paréntibús raptus ab ingeniosi. 1577,2.

5)

Raro ut in Petronianis **hexametrum duo pentametri** secuntur:

Vivite felices, quibus est data longior hora:
vixi ego dum licuit dulciter ad superos.
dicite si merui: sit tibi terra levis. 1082,1—3.

Horam cum primam cumque horam sole secundam
prolata Oceano luminat alma dies,
vox audita mihi est ter bene Memnonia. 880,1—3.

(cf. 1497, 1—3, 1451, 1—3)

Legitimus versuum ordo est, ut hexametrum pentameter sequatur. Sed in carminibus epigraphicis haec lex vel primo saeculo neglegitur. Exempla afferre longum est. cf. 1058,4 4 hex. + 2 dist.; 1089,1 1 dist. + 1 hex; 1088, 5 hex. + 1 dist.

6)

terras nec minus et maria 1266.
impuri aquae Padi nec minus et Savi.

„*percurri*" quod Buechelerus adnotat praemisso pentameter stat. Pingonius et Vernazza in altero versu *impuriaquae (que)'* legunt. Quaestionem, num a mercatore emporia visitata sint affirmandam esse censeo. Quod si statueris, pentameter valde offendit, primum feritur *impuriaque Padi*, deinde altera pentametri pars inaudita est.

Exempla, in quibus vocalis brevis „*que*" particula succedente feritur, in carminibus epigraphicis rara sunt.

a]nnonaque meo su[mptu est lax]ata [p]er an[num. 417,2. pr. saec.

pubertas nitida studiaque abundantia vitae. 1186,5.

sic ego pro meritis [cap]io nomineque salutor. 572,2.

detu]lit huc cineres ossaque in hu[mo peregrina. 583,3.

cara pia coniux Yguia deditaque marito. 653,1,

his sumptusque l]aborque inest cura[que Pot]enti. 318,2.

In litteris exempla ante tertium saeculum exstare non videntur.

Antiquissima .exempla habemus apud **Damasum**[1]), **Ausopium,** poetam „verborum Achillis".

Impia maledicum, faleras telaque gerentem. Dam. 1,12.
aetherias petiere domos regnaque piorum. Dam. 23,5.
regnaque piorum 26,5, 43,5, 47,3. *telaque cruenta* 8,16.
et placuisse reor geminis aetatibus ut se
non festinato tempore utraque daret. Aus. ep. 1,22.
suasisti Venus ecce duas dyseros ut amarem.
sors utraque: aliud da modo consilium. Aus. epigr. 95,2.
in omni
parte miser, forma brevior menteque fugaci.
Verb. Achill. PLM. IV 378,71.
altaria supplex
dum cumulat donis votaque in limine templi
solvere dis deabusque parat. PLM.III 117,41. carm. contr. pag.
pura sacerdotis claraque occurrit imago.
Mar. Victoris Aleth. III 658.
quae mihi cuncta tamen grata acceptaque fruenti
cara magis pietas superabat magna parentum.
Paulinus Pell.[2]) Eucharist. 220.
at postquam in peius pariter mutavit utraque
condicio. Paulinus Pell. Eucharist. 5,39.
hic solus viget orbe deus, quem cernere nobis
fas visu est ireque iuvat per florea rura. PLM. IV 543,27.
te thorax galeaque tegunt. Riese 749 (laus Martis).

Ut in carminibus epigraphicis, ita in libris huius re. exempla rara sunt. Hac in re igitur poetae Latini a grammaticis valde dissentiunt.

7)

Secuntur **pentametri,** qui **altero in hemistichio pro dactylo spondeum** habent. Exempla vel **primo saeculo** occurrunt

---

[1]) Damasus: ed. Ihm.
[2]) Paulinus Pell: corp. scr. eccles. Lat. vol. XVI, ed. Brandes.

a) exempla certa.

Florentes annos mors ipsa eripuit.	1004,2.
ingenio quorum terram optate levem.	1017,4.
Basse, tuis meritis respondere queunt.	1050,4.
excedens cunctas ingenio aequales.	1058,2.
erepto a fato finibus Maezeis.	1147,2.
quot non est miseros tum sortita lares.	1160,2.
Flavia Nicopolis, nomen dulce tuum.	1184,10.
qui coluere, cadunt, neglexere, manent.	1204,4.
Rufinus prior et Rufinilla dehinc.	1218,6.
lumina diversis aetatis vicibus.	1225,6.
morte tardata vivas aeger inops.	1299,3.
quo funus squalebat, ara sacram icat.	1448,8.

b) exempla incerta.

impuri aquae Padi nec minus et Savi.	1266,2.
vivas qui dixeris: vivit Elysiis.	1465,1.
hunc titulum laudis posuisset ille tibi.	1578,4.
Perigenes habet titulum, Secundus officium.	1268,4.

Quando talis pentametri forma in litteras penetrarit, difficile dictu est. Volumina **Migniana** cum percurrerem, hoc exemplum inveni:

precemur
Sanctorum dominum Martinique deum.

vol. 74, p. 671. v. 6.

Qui versus Sulpicio Severo attribuitur. Fortasse ita est, tum versus quarti vel quinti saeculi est, sed dubitare licet.

Pauca exempla apud medii aevi poetas occurrunt.

Somni sed fructus Angilbertus ego.
Poet. aev. Carol. I 32, p. 359.

melliflua sede, heheu quam valide.
III pars II, fasc. I 19,4. p. 302.

percutit invalidum heheu quam polum.
III, pars II, fasc. I 26,14.

lugentesque sui, eheu quam nimium. 46,6.
hinc inde angelico fultus auxilio. 44,6.
castra Philistaeus collocat in Machmas.
Mign. vol. 771, p. 1240, Hildeberti carm.

Exempla etiam medio aevo rarissime occurrere vides. Nostrorum poetarum nonnulli, quin etiam ipse Schillerus, tales pentametros fecerunt. Minor in libro de re metrica Germanica [1]) p. 318 nonnulla exempla affert, in his hunc versum, locum quidem ubi legatur nos celans:

Sank in schweigende Nacht Nordlands mächtiger Held.

Sed quicumque tales versus confecit, longe ab elegantia, qua Ovidius pentametrum ornavit, recessit.

XI.

Appendicis loco hac extrema parte **clausulas,** de quibus in hoc opere tot verba feci, **collectas** et **secundum litterarum ordinem positas** afferam. Quamquam fructus ex hac collectione percepti cum opera et labore, quem in conficiendam insumpsi, non comparandi sunt, collegisse eas tamen me non paenitet, Primum iterum atque iterum eadem verba adhiberi, deinde numerum horum verborum parvum esse vides. Quod facilius etiam cognoscetur, si clausulas Ovidi bisyllabas, quas ex Arte amatoria collegi, attulero. Mihi in animo non fuit omnes Ovidi clausulas bene digerere; quod discere te ex collectione velim, facilius clausulis ita ut in versibus sequantur positis intellegitur. Eadem verba semper occurrere animadvertes, nonnulla poetam valde delectavisse videntur. Cur tam crebro repetantur, ea causa est ut verba iambica in lingua Latina pauca sint. Ovidius certe hanc inopiam ipse sensit; clausulas magis variasset, si plura verba habuisset.

1) **Minor: Neuhochdeutsche Metrik, Straßburg 1902.**

I. Ovidi clausulae.

A.

Ars I

amet, Amor, avis, ades, amor, aper, aquae, aves, adit, aquis, Amor, aquae, Amor, abit, aquam, agat, agit, aper, abi, aquae, aqua, ager, aqua, adi, amans, acu, aquis, ait, aqua, adest, aquam, amor, amas, aper, anus.

Ars II

abest, aquis, aves, aquae, amor, arent, aquas, amor, agi, Amor, apros, agas, abi, amor, agat, aquas, aquas, amor, amor, amor, aqua, aqua, adit, ades, amor, ait, abest, aqua, amor, ager, adest, anus, Amor, aqua.

Ars III.

amor, aquae, anus, ager, aquas, aquam, avis, aquae, aqua, amo, aquas, aqua, acu, aquis, amor, aqua anus, aquis, agat, aves, Amor, amor, agat, amans, amo, amor, amor, agat, aquae, avum, abest, ades, aqua, amor.

B.

Ars I.

boves, bove, bibas.

Ars II.

bovem, bibat, boni, bonis.

Ars III.

boum, bonis, bove, bonae.

C.

Ars I.

cliens, cibum, croco, comas, color, canis, cupit, comas, canes, capi, comas, cadant, cave, colo, comis.

Ars. II.

canes, casa, canes, cinis, chaos, canis, cubet, cupit, cadet, comas, comae.

Ars III.

comis, comae, color, cadet, carent, caret, comis, comis, cadunt, chorum, color, croco, comas, comas, comas, caput, comas, canem, caput, caret, chori, comas, capit, canes, cibis, color, canet, comis.

D.

Ars I.

dea, dedit, diem, dies, deo diem, dabit, deo, dies, decem, deus, deast, dabit, dei, dabat, deo, dabit, deos, duas, dolor.

Ars II.

dedit, dato, deo, dabit, duas deas, ducis, dabam, dies, dato, dato, datis, die, dei, dolet, dolis, dare, dabat, diu, dabis.

Ars III.

dedit, datast, deae, deae, dies, dolis, dedit, deae, decor, deae, duas, deos, dolor, decet, date, deos, ducis, dedit, dabis, dabis, deas, dabo, decet, duos.

E.

Ars I.

erat, ego, equi ero, erit, erit, erit, ero, ero, eris, erat, eris, eris, equo, equis, erit, erat, equo, erat, erant, erat, erat, equis, equi, ecum, erit, emas, emi, eat, equi, eris, eas, erat, erat, eques, eris, erit, eris, erat, erit, erit, erat, erat, erat, eris, erat, erat, eris, erit eat.

Ars II.

erat, erit, eris, erit, equi, equos, equis, erit, erat, erit, erit, erit, eris, erant, Eryx, equos, erit, erat, erat, equos, eris, eat, erat, erat, erat, erit, erat, erit, erat, erant, equo, erat, ego, erat.

Ars III.

equis, erat, erant, erit, equos, erat, eat, eat, erit, eat, erit, equus, equis, erit, erit, erit, erit, eunt, erit, eram, eat, equos, erit, erit, emi, erit, erant, erat, equo, equis, erat.

F.

Ars I.

feros, faces, fuit, foro, fuit, fugit, fave, foro, fuit, fuit, fugas, fuit, fuit, facit, fuit, feres, fuit, fuit, favet, fides, fuit, focos, fides, fuit, fuit, fuit, fides, fuit.

Ars II.

fugae, fugae, ferat, ferunt, fores, foras, fidem, freto, fuit, fuge, facit, facit, fugit, fretum, fides, feret, fores, fuit, fuit, fuit, ferunt, fide, fuit, fuit, ferant, feres, fores, fuit.

Ars III.

fuit, fuit, ferae, fuit, feras, fuit, fuit, ferea, fuit, fuit, foro, fides, feras, foret, fide, foro, favent, fides, feret, feret, ferat, fuit, fides, fuit, facis, fidem, fidem, frui.

G.

Ars I.

genu, gregis, genas, genas.

Ars II.

genae, genas.

Ars. III.

gruem, genas, gradus, gradu, Getae, genas, genas, genas.

H.

Ars I.

habet, habet, humum, habet, humo, habet, habet, habet, habet, habet, humo, humo, habet, habet, habet, habes, humum.

Ars II.

habes, habes, habet, habent, habent, Hylas, habe, habet, habet, humo, habes, habent, habet, habe, habe, habet, habet, habet, habent, habet, habent, habet, humo, habet, habet, habet, habet.

Ars III.

habet, habent, hiems, habes, habet, habet, habet, habet, habet, habent, habet, habet, habet, habet, habe, habet, humus, hiems, humo, habet.

I.

Ars I.

Jovi, locis, inest, idem, iuvat, iuvet, iter, iubas, ioco, iuvat, iuvant, Jovem, Jovem.

Ars II.

iter, idem, iter, inest, iter, iubet, Jovis, iacent, iners, iacent, ioco.

Ars III.

iners, Jovis, iuvat, iners, iocis, iter, iugis, iocis, iubent, iugo, iocos, iubet, inops, init, iocis.

L.

Ars I.

loco, lupos, latus, loci, loco, latet, lapis, loqui.

Ars II.

lupos, locum, lupo, loco, legunt, locost, loco, lyrae, legat, labor, loqui, loquax, latet, loqui.

Ars III.

lupae, loco, lyra, levis, lyra, loqui, libet, lyrae, legas, lyrae, locis, loco, loco, leges, lavat, levem, latus, latus, latent.

M.

Ars I.

manus, meumst, movent, manus, manent, manu, manu, manus, morae, mero, meo, manu, meis, manu, meo, manu, meo, mori, mora, meum, manus, manus, moras, modis, manu, manu, metust, manus, manus, merum, manus, manu, manu, metus, modis.

Ars II.

meos, meast, modum, meos, mori, meo, meae, meis, metu, movet, mea, meis, meo, meae, meae, manu, manus, manus, mero, metas, manus, manus, manu, modus, moras, meis, mero, meost, meo, mora, modo, marem, madent, meis, manus, manus, manu, manu, minus, mora, manus, modos, minus, mihi, merum, manus, mora, meum, meae.

Ars III.

modo, meae, meos, metu, meis, manus, modis, modost, manu, mola, modo, manu, meo, modis, mero, metus, micant, manus, mihi, manent, manu, metus, meis, mihi, manus, mora, mei, meo, morast, meos, manu, manu, meast, minus, manu, modo.

N.

Ars I.

notast, nocet, nocent, nocent, nefas, nihil, notis, notis, natet, Notos, novem, niger.

Ars II.

nates, neges, nives, nuces, nega, nuces, Noto.

Ars III.

nihil, novos, negat, nega, notas, notis, novo, notas, notas, notas, notas.

O.

Ars I.

opus, opes, opus, opes, opem, opes, opes, opes, opus.

Ars II.

opus, opus, ope, opus, opus, opus, obest, opus, opes, odor, opes, opus.

Ars III.

onus, opes, opes, opus, opus, ovis, opem, opus, opus, opus, opes, olent, opus.

P.

Ars I.

pedes, places, pater, pedem, puer, patris, patris, petas, plagas, potest, putet, parens placet, putat, preces, potest, pilus, pater, pede, putat, place, pedem, placet, pedem, pudet, petas, pati, preces, pedem, putent, petat.

Ars II.

puer, patrem, paro, puta, pedi, pudor, puer, placet, puta, proba, place, pede, potest, pati, puta, pedes, pudor, putent, putant, Paphum, pede, pedes, pudor, puer.

Ars III.

potest, pilis, placet, probem, petens, pedes, putes, pedes, pilast, perit, patent, pedes, petant, placet, pati, putet, premant, putat, placent, pati, preces.

R.

Ars I.

regi, rota, rates, rapit, refer, rotis, ratis, reos, ratem, roget, rates.

Ars II.

rotis, rosa, rogos, rudes, roget, roga, redit, rates, rosas, roget, rogos, rosa.

Ars III.

rubes, rubet, rates, rates, rota, roget, rotis, rogant, reget, roget.

S.

Ars I.

senem, sui, Syro, sibi, suast, sedet, sinu, sonos, senum, suo, suis, sibi, Syro, suas, sibi, suis, suos, suis, suis, sibi, suum, sono, suast, suo, sua, suo, subit, sibi.

Ars II.

seni, seni, suis, suos, sonis, suo, sua, sonos, subit, sinu, sera, sono, sua, suo, sui, sinu, suos, suist, sua, suae, salax, sinus, suas, suo, sui, sui, suae, Samo, sonant, suos, seras, suast, sua, solent.

Ars III.

suis, suos, suo, sinus, sinunt, suos, senes, solo, suum, sinus, suos, suos, suos, sinus, suis, suis, sonet, suo, senis, suos, suos, suas, suas, sui, sinu, sinunt, sua, suam, suos, suos, sumus, seges, suis, sinu, suo, suis, sonos, sinus, suos, solent, suo, sono.

T.

Ars I.

tuis, tuis, tuos, tui, tuo, timor, tuo, tuis, tuos, tuis, tuis, tamen, tenet, tuae, trahi, tuum, tibi, tuast, tuos, tua, tuae, tuo, tuae, tene, tamen, tuas, tuae, teras, togà, tremit, toro, tori, tuo, tuam, tuo, tamen, tamen, tui, tui, tui, trahunt.

Ars II.

tenent, tuo, tuas tuo, tuis, tuus, tulit, tulit, tuum, tuae, tua, tibi, tuo, tuas, tuus, tuos, tuus, tuo, toro, tuae, tui, tuos, tuae, torum, tuos.

Ars III.

tuae, tibist, tuis, tuae, tegi, tuas, tegas, tegat, toro, tui, tegant, tuae, tuum, tuas, tibi, tuae, tuae, tuis, tuos, timet, tuos, tuas, tremit, tuis, tuost, tuis, toro.

U.

Ars I.

uter.

V.

Ars I.

venis, viast, viro, velis, volant, viros, Venus, volet, viro, viro, Venus, vicem, Venus, venit, velis, virum, viro, volet, volunt, viro, virum, venit, virent.

Ars II.

viam, viro, viast, vias, volat, vadis, volas, vides, viri, veni, viam, viris, vias, via, volunt, vide, viri, viris, viri, virum, Venus, vehit, velit, venis, viro, viros, velint.

Ars III.

viri, viri, viro, viris, viris, viris, viros, venit, volunt, veto, viris, viri, viros, vocet, viri, viro, venit, viros, viro, viros, viros, viris, venit, viri, viri, veni, vias, viros, vias, veni, viri, viri, vide.

2. Carminum epigraphicorum clausulae.

a) Clausulae bisyllabae.

A.

abest	1
abīt	3
adest	3
adi(i)t	1
agens	2
ager, agros	2
ait	1
ama, 1; ans 1; at 2	4
amor	16
anùs	1
apes	1
apex	1
aquà 1 · a 1; ae 1; as 3; is 3	9
atrox	1
avo 1; os 2	3
	49

B.

bene	1
bibes; it	2
bonà: à(m) 2; i 4; is 5; um 4; us 1; os 1	17
brevi	1
	21

C.

cadent; es; it	3
canat 1; unt 2	3
caput	2
caret	2
cavet	1
Charon	1
chelys; yn	2
choro 2; is 2; um 1	5
cibos	1
cinis	9
citant	1
cito	3
cliens	1
colens 2; i 2; it 1; unt 1	6
colu, o; us	3
comes	4
cremor; as	2
cruci	1
cubent	3
(curas 1405,14)	1
	54

D.

dabo 1; bunt 1; re 2; ri 1; tà 3; tast 2; tur 2	12
decem	1
decet	3
decus	13
dedi 5; it 24	29
dehinc	1
deae 1; i 14; o 7; deum 4; us 3; os 1	30
dico 1; as 2	3
die 4; em 9; es 27	40
diu	5
docet 2; ens 1	3
dole 1; et 2; ens 1	4
dolor	9
doli; os	2
domant	1
domùs 11; um 4; u(m) 1; o 3; os 5, u 1	25
ducem; ci	2
	183

E.

eat	2
edat	1
ego	1
eo	1
erat 24; as 8; am 2; ant 1	35
erit 10; is 4; o 3	17
ecus 2; quo 2; quis 1	5
eum	1
	63

F.

facit	3
fame; em	2
fabet	1
feras (subst.)	1
feras (verb.)	1
ferat 2; ens 1; unt 1	4
feri	1
ferox	1
fides 16; e 7; em 5	28
fleo	2
fluit	1
focos	2
foret 4; es 1; em 1	6
foro	1
fove	2
fretis	1
fruens 1; i 4	5
fugae	1
fui 7; it 29	36
furor	1
	100

G.

gemis; 1; ens	3
gerant 1 · ens 3 · u 1	5
Getas	1
genas: eis	3
genus	2
gradu 3; um 1	4
gravant	1
gravis; ès 5; i 1	6
gregem 2; es 1	3
	28

H.

habe; ens 2 · ent 2; es 3; et 15	22
honor 3; os 3	6
humus 1: o 6	7
	36

I.

idem	2
inops	1
iter	8
Ityn	1
iacent 2; et 11; es 5	18
iocis 2; os 1	3
Jovi	1
iubes	1
iugo 2; um 2	4
iuvans 1; ant 1; at 2	4
	43

L.

Lacer	2
lacus; u	2
lapis	7
larem 1; es 5	6
latent	1
latex	1
legas 3; e 2 · i 8; is 2	15
levat; ant	2
levem 2; i 2; is 50	54
libet 2; ens 2	4
ligant	1
(limum 1448.4)	1
litant	1
locus 3; i 3; o 12; um 6; is 3; os 2	29
loco; at	2
loquor 1; i 4	5
lues; em	2
luunt	1
	137

M.

magis	3
male	1

malà; is; um	3
(màlens)	1
manet 7; ent 5; es 1	13
manüs 12; u 7	19
maris	1
(mate(r) 1579,2; is 1405,4)	2
mele	1
Meli	1
merum	1
(mestis 1360,2)	1
metus	1
meus 1; i 9; o 7; um 4; is 12; os 8; a 18; ae 3; am 1; as 1	64
micat; ant	2
mihi	30
minas	1
minor 4; us 1	5
miser	2
modis; o	2
moras; àst	2
mori	10
moror	3
	169

N.

neci	1
nefas	1
negant; as	2
nepos	1
nimis	5
nitet; ens	3
nitor	1
novem	2
novà; is; um	3
nurus	1
	20

O.

obi 2; it 2	4
ope 2; em 3; es 3	8
opus	13
	25

P.

papae	1
parans	1
parens	7
pari 3; es 2	5
parit	2
pater 8; is 1; i 4; em 3; es 2	18
patet	1
pati	1
pedes	2
peri 1; is 1; it 4	6
petens 2; i 2; it 1; unt 1	6
plus 6; um 4; a 4; is 4; os 1	19
placens 1; et 4	5
polit	1
poli 3; o 4	7
potes 1; est 5	6
preces	2
precor	2
premit 5; is 1; unt 2	8
prior 2 us 1;	3
probà	1
Probae	1
Probus; um	2
probat; ant	2
procul	1
propest	1
pudor	2
puer	1
putas at; es	3
pyra	1
	118

Q.

queas; unt	2
querar; or; ens 2; i	5
quies	5
quoque	1
	13

R.

Rhanis	1
rapit	2
ratem	1
(recens)	1
redit	1
retro	1
reus; os; um	3
rogi 3; o 4; os 2; um 3; is 2; us 2	16
rosae 2	2
rota; is	2
rubet	1
rubis	1
ruit 3; unt 2	5
	37

S.

sacer; i; is 3	5
salus	3
sat est	1
satum	1
(Savi)	1
semel	1
senex 4; is 1; em 1	6
sequar; i	2
silet; ent	2
sibi	8
simul	8
sitast	1
solo 5; um 2; i 1	8
sonos 1; o 2; is 1	4
sonent	1
soror	3
suà 1; a 5; as 2; um 5; am 1; i 7; o 14; is 11; os 6; us 1; ae 1	54
super	1
supra	1
	111

T.

tamen	1
tegat 2; as 1; ant 1; [illegible] et 1; it 4; i 2; is 1; or 1;	13
tenet 10; es 2; ent 3; ens 2	17
tenor	1
(Teth)yn	1
tibi	17
time	1
trahas; unt	2
thronum	1
tribus (num.)	2
torum 2; os 2; i 2; is 1; o 3	10
tuà 3; a 2; ae 2; as 1; i 3; is 11; o 6; os 2; um 6	16
tulit	8
	128

V.

vaco 3; em 1	4
vadis	1
vale 9; es 1	10
vehi	1
velis 10; im 3; int 1	14
veni 3; it 1	4
Venus	1
vetat (votat)	2
vià 2; am 3; as 5	10
vides 2; et 1	3
viget	1
viri 8; o 8; um 5; os 1; is 2	24
vocet; as; ant; or	4
volans 2; at 1	3
volent (fut)	1
vomit	1
	84

---

b) Clausulae trisyllabae.

A.

abiit	1
(aequalis 1058,2)	1
aleret	1
alii; os; us	3
aliquit	1
anima 3; am 3; a(m) 1; ae; as	9
animo 3; os 1; i; um	6
apibus	1
Asià	2
atavis	1
aviam; ae	2
	28

B.

Belenus	1
bonitas	1
Bromius; o	2
	4

C.

caruit	1
celebra	1
choreae	1
Cicero	1
cinerem 3; e 1; es 4; cinis est 1	9
colitur 1; uit 2	3
comitem	1
cuperet	1
cupide	1
	19

D.

decimus	1
dederat	1
(dèstitit)	1
deus sum	1
docuit	1
doluit	1
domino 3; us 2; um 1	6
domus est	1
dubiam	1
duplicem;	1
	15

E.

equitis	1
Erebi	1
	2

F.

faciat 2; eres 1	3
faciem	1
facilis	1
(famulam; os	2
(filio)	1
foveat	1
fuerat 4; im 2; int 2; is	8
fugere	1
	18

G.

geminis	1
gemitis	1
gemitùs; u	2
genito	1
genitor	2
gremio 2; à	3
	10

H.

habui	1
Hilaram	1
hominum; um est; i est	3
	5

I.

inerat	2
itidest	1
iubeant	1
iuenis	1
	5

L.

lacrimae; is 4; as 3	8
lacrimem; (ans);	2
lapide 5; em 1	6
legitis	1
liceat	2
Ligures	1
loquitur	1
	21

M.

(Maezeis)	1
maneat, ant	2
manibus	1
maria	1
melior	2
memorans	1
meritis 2; ae; us; um	5
merui; uit	3
metuens	1
miserà 2; i 2	4
monitis	1
moritur	2
minuit	1
	25

N.

nemorum	1
nimium	1
nituit	1
nivibus	1
numeros	1
	5

O.

obitus	3
obiet	1
operis	1
	5

P.

parere	1
pariter	1
pateris (verb.)	1
patrià; a; ae	3
pereat; ii 2;	3
petiei	1
pietas	1
pigeat	1
placida; e	2
populo 2; i 2; ist; os; us	7
positos; us	2
posuit;	5
potior (verb.)	1
potui 2; uit 3	5
precibus	1
pretium	1
properat	1
propriis	1
pueri	1
Pylio	1
	40

R.

rapior 2; uit 5; itis 1	8
recubant	1
rediit	2
referat; ens	2
regere; eret; uit	3
reliquis	1
remanet	1
requiem 2; e	3
retinet	1
Rhodanus	1
rutilo	1
	24

S.

Satyrum	1
secuit	1
sequitur	2
Sicula	1
similis	2
sinus est	1
situs est 2; sita sum 1	3
sociam	1
sociat	1
sophia	1
spatium	1
specie	1
Spurio	1
statuit	1
stimulus	1
Stygia	1
subitast	1
subole; em 2	3
superos 2; is 3	5
	29

T.

tegitur	1
teneat	1
tenerae	1
tetuli	1
thalamus; o	2
timeat	1
titulo 5; os 3; i 1; is 1	10
tumulo 21; us 4; um 5; is 3; i 1	34
	51

V.

valeat; uit	2
veniam; as	2

vicibus	1
vigui	1
vitiis ; o	2
voluit 3 ; umus 1	4
	12

c) Clausulae quadrisyllabae.

A.

acciderunt	2
accipias ; at	2
adluerunt	1
adseruit	1
adsiduom	1
aetherii	1
Alcinoi	1
ambitio	1
Ambrosius	1
Anthemio	1
Aonia	1
Appiadum	1
arbitrium	1
arguere	1
aspicerem ; iat	2
Astomachi	1
atplicitis	1
auriculis	1
	21

B.

blanditiis (as)	2

C.

(Catillio)	1
composuit	1
concipiat	1
concrepui	1
condidimus	1
conficere ; erct	2
coniugium	1
conloquio	1
consilio ; um	2
constituit	1
contegere	1
contigerunt	1
contribuam	1
credulitas	1
	16

D.

Daedalià	1
Danuvii	1
debilitat	1
debueram ; as ; at 2 ; ant	5
dedecoris	1
delicias	1
delituit	1
depositâ	1
deposuit	1
despicias	1
destituit	2
doctiloquus ; o ;	2
diriperes	1
dissimiles	1
dividitis	1
	21

E.

(ecclèsiis)	1
efficere	1
effigie ; a	2
eloquium	1
Elysios ; um ; is 5	7
emeruit	1
eripere ; iat ; itis ; itur ; ior ; uit 3	8
erudiit	2
esuriam	1
Eurialus	1
Eusebia · us	2
evanuit	1
exanimes (adiect.)	1
exanimet	1
excipiet	1
excoluit	1
exitio ; i ; um 2	4
expediat	1
explicuit	1
exsequias 2 ; is 2	4
exuvias 2 ; is 1	3
	45

F.

flebilius	1
funerea	2
	3

G.

(Gallonius)	1
Germisarae	1
grandilocus	1
	3

H.

Hardalio	1
Helionem	1
Hesperia, ae	2
Hiluricum	1
hospitio 2 ; um 1	3
(huncinerem)	1
	9

I.

Ikadium	1
immeriteis, o ;	2
imperium	3
imposuit	1
incolumis ; em	2
indicium ; o ; ost	3
indoluit	1
induerat	1
inferieis 2 ; as 2	4
ingenio 6 ; ost ; is	8
ingrederis	1
innocuus	2
inriguo	1
insereris	1
instituit	1
interitum	1
interiit	1
invidia 3 ; am	1
Ithacii	1
	39

L.

liminibus	1
	1

M.

martyribus	1
Memnonià	1
Metrobie	1
militiae	2
	5

N.

nequitias	1
Nicetius	1
Nicopolis	2
nobilitant	1
nobilitas	1
nolueras	1
	7

O.

obsequium 2 ; o	3
obstipuit	1
occidere ; imus	2
occubuit	1
occulitur	1
oceanus	2
officio 7 ; um 4 ; a ; is 4	19
ominibus	2
omne modu	1
Onuavae	1
opposuit	1
	34

P.

patricium	1
percipio	1
perpetuàst ; o ; am	3
Perpetuus	1
Persephone	2
persolui	2
Pieridis	1

pollueres	1
posteritas	1
pontificis 2, um	3
progenuit	1
	17

R.

recidimus	1
reliquiis	1
restituet; it	2
	4

S.

sarcophagus; o	2
sideribus	1
significo	1
simplicitas	1
suspicitur	1
sustineas; uit	2
	8

T.

tauroboli	1
tristitia	1
	2

V.

ulterius	1
unanimis; es	2
utilius	1
versiculos	1
	5

d) Clausulae pentasyllabae.

amicitia 1; ae 3	4
Apollineus	1
apostolicà	1
Athenaidis	1
mathematici	1
ministerium; i	2
Olympiaci	1
pudicitia; ae	2
puerperio	2
solaciolum	1
superstitibus	1
	17

VITA.

Natus sum Petrus Matthias Hubertus Kessel Linnae, in oppido nunc Crefeldiae urbi iniuncto, anno pr. s. LXXIX a. d. V Kal. Aug. patre Adamo, matre Agnete e gente Kruells. Fidem confiteor catholicam. Per octo annos postquam discipulus gymnasii Crefeldiensis fui, testimonium maturitatis in eodem gymnasio anno MDCCCC a. d. VIII Kal. Mart. nactus vere eiusdem anni ad universitatem Fridericiam Guilelmiam Rhenanam me contuli, ut studiis philologis, germanicis, francogallicis operam darem.

Huius universitatis civis fui usque ad aestatem a. MDCCCCV, excepta aestate a. MDCCCCI, quam ad linguam Francogallicam melius discendam in urbe Andecavorum degi.

Examine pro facultate docendi anno MDCCCCV Februario superato in seminarium paedagogicum Confluentinum receptus primum gymnasii Confluentini pueros docui, deinde Sarloisum ad pueros erudiendos missus sum, tum mihi disciplina puerilis gymnasii Fridericii Guilelmii Treverici tradita est. Examen rigorosum subii a. MDCCCCVII a. d. IIII d. Dec.

Praeceptoribus meis, imprimis Brinkmanno, Buechelero, Solmsenio, Wilmannsio pro benevolentia erga me collata gratias ago quam maximas.